fuſę ac replexę circumplicantur in modum coꝛnu arietis:
vel ꝙ interius impleatur fętu.Hinc ⁊ vter ꝙ aliquid ītrī
ſecꝰ habuerit:vt mēbꝛa ⁊ viſcera.Aqualiculus āt ꝓp̄e poꝛ
ci eſt:hinc ad ventrē trāſlatio.Matrix dicit̄ ꝙ fętus in ea
generet̄.ſemen.n.receptū cōfouet:confotum coꝛpoꝛat:coꝛ
poꝛatum in membꝛa diſtinguit.Uulua vocata:quaſi val/
ua.i.ianua ventris:vł ꝙ ſemen recipiat:vł ꝙ ex ea fętus ꝓ
cedat.Ueſica dicta q̄ſi vas aquę:qꝛ ſicut vas aqua:ita ō re
nibus vrina collecta completur ⁊ humoꝛe diſtēditur.Cuiꝰ
vſus ī volucribus non habetur.Urina autem dicta ſiue ꝙ
vrat:ſiue quia ex renibus egeritur.Cuius inditio ⁊ ſalus et
ęgritudo monſtrat̄.Qui humoꝛ vulgo lotiū dicitur:ꝙ eo
lota.i.munda veſtimenta efficiantur.Semen eſt qđ iactū
ſumitur aut a terra aut ab vtero ad gignendum vel fructꝰ
vel fętus.Eſt enim liquoꝛ ex cibi ⁊ coꝛpoꝛis decoctione fa/
ctus ac diffuſus ꝑ venas atqꝫ medullas:qui inde deſudatꝰ
ī modū ſentinę cōcreſcit ī renibꝰ:eiectuſqꝫ ꝑ coitum ⁊ ī vte
ro mulieris ſuſceptus:caloꝛe quodammodo viſceruꝫ:⁊ mē
ſtrualis ſanguinis irrigatione foꝛmatur in coꝛpꝰ.Mēſtrua
ſuperuacuus mulierum ſanguis.Dicta autem menſtrua ꝓ
pter circuitum lunaris luminis:quo ſolet hoc euenire pꝛo/
fluuium.Luna enī gręce mene dicitur:hec ⁊ muliebꝛia nū
cupant̄.Nam mulier ſolum menſtruale animal eſt.Cuius
cruoꝛis contactu fruges nō germinant:aceſcunt muſta:mo
riuntur herbę:amittunt arboꝛes fętus:ferrum rubigo coꝛ/
rumpit:nigreſcunt ęramenta.Si qui canes inde ederint:in
rabiem efferunt̄.Glutinū aſphalti:quod nec ferro nec aqꝫ
diſſoluitur:cruoꝛe ipſo pollutum ſponte diſpergitur.Poſt
plurimos autem dies menſtruos ideo ſemen nō eſt germi
nabile:qꝛ iam non eſt menſtrualis ſanguis a quo perfuſuꝫ
irrigetur.Tenue ſemen locis muliebꝛibus nō hęrere La
bitur enim nec habet vim adhęrendi.Similiter ⁊ craſſuꝫ
vim non habet gignendi:qꝛ muliebꝛi ſanguini miſceri non
poteſt ꝓpter nimiam ſui ſpiſſitudinem.Hinc ⁊ ſteriles ma
res ⁊ fęminas dicunt fieri:vel per nimiam ſeminis vel ſan
guinis craſſitudinem:vel ꝓpter nimiam raritateꝫ.Pꝛimū
autem aiunt coꝛ hominis fingi,ꝙ in eo ſit ⁊ vita hominis ⁊
ſapientia:deinde quadrageſimo die totum coꝛpus expleri
quod ex aboꝛtionibus vt ferunt collectum eſt.Alij fętus a
capite ſumere dicunt exoꝛdium.Unde ⁊ in auium fętibus
pꝛimum oculos fingi in ouis videmus.Fętus autem nomi
natus ꝙ adhuc in vtero foueatur.Cuius ſecūde dicuntur
folliculus qui ſimul cum infante naſcitur continetqꝫ eum.
Dictus ita:qꝛ eum cum editur ſequitur.Naſci autem patri
bus ſimiles aiunt:ſi paternum ſemen validius ſit:matri/
bus:ſi matris:hac ratione ſimiles expꝛimi vultus.Qui au/
tem vtriuſque parentis figuram reddunt:equaliter mixto
paterno maternoqꝫ ſemine cōcipiuntur.Auoꝝ pꝛauoꝛūqꝫ

Ayuntamiento de Madrid

ſimiles fieri.quia ſicut in terra multa ſemina occulta:ita ⁊
in hominibus ſemina celanť:figuras parentuʒ redditura.
Ex paterno aũt ſemine puellas naſci ⁊ ex mr̃no pueros:qa
oĩs partus conſtat ex duplici ſemine:cuius pars maior cũ
inualuerit:occupat ſimilitudinẽ ſexus. Jn corpe noſtro quę
dã tm̃ vtilitatis cã facta ſũt vt viſcera:q̃dã ⁊ vtilitatis ⁊ de
coris vt ſenſus i facie:⁊ in corpore manꝰ ac pedes.Quoruʒ
mẽbroꝝ ⁊ vtilitas magna eſt ⁊ ſpẽs decẽteſſima.Quędam
tm̃ decoris:vt mamillę i viris ⁊ in vtroqʒ ſexu vmbilicus.
Quędam diſcretiõis vt i viris genitalia:barba prolixa: pe
ctus amplũ:i mulieribus lenes genę ⁊ anguſtum pectꝰ:ad
concipiendos aũt ⁊ portãdos fętus renes ⁊ latera dilatata.
Qd̃ ad hoiem ⁊ ad partes attinet corporis ex pte dictum ẽ:
nunc ętates eius ſubiungam.

¶ De ętatibus hominis. Cap. II.

GRadus ętatis ſex ſũt:ifantia:pueritia: ado
leſcentia:iuuẽtus:grauitas atqʒ ſenectus.
Prima ętas infantia eſt:pueri naſcẽtis ad
lucem quę porrigiť i ſeptẽ annos. Secun
da ętas pueritia: ideſt pura:⁊ nec dũ ad ge
nerandum apta:tendẽs vſq; ad.14. annũ.
Tertia adoleſcẽtia ad gignẽdũ:adlta q̃ por
rigiť vſqʒ ad.28.annos.Quarta iuuẽtus firmiſſima oĩum
ętatum finiens in quinquageſimo anno.Quinta ętas ſenio
ris.i.grauitas quę eſt declinatio a iuuentute in ſenectuteʒ
nõdum ſenectus:ſed iam non iuuentus:qꝛ ſenioris ętas eſt
quã gręci pſbyten vocãt.Nã ſenex apđ gręcos ñ pſbyter ſʒ
geron dr̃.Quę ętas a qnq̃geſimo ãno icipiẽs ſeptuageſimo
teriať.Sexta ętas eſt ſenectꝰ:q̃ nullo annoꝝ tẽpore finiť:
ſed poſt quinq; illas ętates quãtũcũqʒ vitę eſt: ſenectuti đ
putatur.Senium aũt ps eſt vltima ſenectutis:dicta ꝙ ſit
terminus ſextę ętatis.Jn his ergo ſex ſpacijs philoſophi vi
tam deſcripſerunt humanam:in quibus mutatur ⁊ currit
⁊ ad mortis terminum ꝑuenit. Pergamus ergo breuiter
per ꝓdictos gradus ętatũ:etymologias earum in homine
demõſtrantes. Jnfans diciť hõ p̃mę etatis.Dictꝰ aũt ifãs
qꝛ adhuc fari neſcit.i.loqui nõ poſſit.Nondum enim bene
ordinatis dentibus minus eſt ſermõis exp̃ſſio.Puer a puri
tate vocatus:qꝛ purus eſt:⁊ necdũ lanuginẽ florẽq; genaꝝ
habens.Hi ſũt ephebi.i.a phębo dicti:necdũ viri:ſed ado
leſcentuli lenes.Puer aũt tribus modis diciť:p natiuita
te:vt Eſaias.Puer natus eſt nobis:pro ętate:vt octẽnis de/
cẽnis.Unde eſt illud:Jam puerile iugum tenera ceruice re
gebat:pro obſequio ⁊ fidei puritate:vt dominus ad ꝓphe/
tam.Puer meus es tu:noli timere:dũ iam hieremias lon/
ge pueritię exceſſiſſet annos.Puella eſt paruula:quaſi pul
la:Unde ⁊ pupillos non pro conditione:ſed pro etate pueri
li vocamꝰ.Pupilli autem dicti:quaſi ſine oculis:hoc ẽ a pa
rentibꝰ orbi.Hi aũt vere pupilli dicũtur quorum patres
ante deceſſerunt q̃ʒ ab eis nomen acciperẽt.Cęteri orbi vo
cantur.Orphani idem qui ⁊ pupilli.illud enim gręcum no
men eſt:hoc latinũ.Nam ⁊ in pſalmo vbi legitur:pupillo tu
eris adiutor:gręcus habet orphano.Puberes a pube: ideſt
a pudendis corporis nũcupati:ꝙ hęc loca tunc primum la
nuginem ducunt.Quidam autem ex annis pubertatẽ exi
ſtimant:ideſt eum puberem eſſe qui.xiiij.annos expleue/
rit:q̃ʒuis tardiſſime pubeſcat.Certiſſimũ autem puberem
eẽ qui ⁊ ex habitu corporis pubertatem oſtendit ⁊ genera/
re iam poſſit.Puerperę ſũt quę annis puerilibus pariunt:
vnde ⁊ Horatius.Laudať in primo prole puerpera nato.
Et dictę puerperę:vel ꝙ primo partu grauantur:vel ꝙ p̃/
mum pueros pariant.Adoleſcens dictus eo ꝙ ſit ad gignẽ
dum adultus:ſiue a creſcere ⁊ augeri.Juuenis vocatus:ꝙ
iuuare poſſe incipiat:vt in bobus iuuenci cum a vitulis di
ſceſſerunt.Eſt enim iuuenis in ip̃o ętatis incremento poſi
tus:⁊ ad auxilium ꝑparatus.Nam iuuare hominis eſt opꝰ

aliq̃đ conferentis.Sicut autem triceſimus perfectę ętatis
eſt annus in hominibus:ita in pecudibus ac iumẽtis tertiꝰ
robuſtiſſimus eſt.Uir nuncupatus ꝙ maior in eo vis ẽ q̃ʒ
in fęminis:vnde ⁊ virtus nomen accepit:ſiue ꝙ vi agat fę
minam.Mulier vero a mollitie:tanquã molier detracta
littera vel mutata appellata eſt mulier.Utriqʒ enim for
titudine ⁊ imbecillitate animorũ vel corporuʒ ſeparantur.
Sed ideo virtus maxima viri:mulieris minor:vt patiens
viro eſſet.ſ.ne fęminis repugnãtibus libido cogeret viros
aliud appetere:aut i alium ſexum proruere.Dicitur igitur
mulier ſm̃ fęmineũ ſexũ nõ ſm̃ corruptionem integritatis
⁊ hoc ex lingua ſacrę ſcripturę.Nam eua ſtatĩ facta de late
re viri ſui:nondum contacta a viro mulier appellata eſt:di
cente ſcriptura.Et formauit eam in mulierem.Uirgo a vi
ridiore ętate dicta eſt:ſicut ⁊ virga:ſicut ⁊ vitula.Alias ab
incorruptione quaſi virago:ꝙ ignoret fęmineaʒ paſſioneʒ.
Uirago vocata:qa vt vir agit:hoc ẽ opa virilia facit: ⁊ ma
ſculini vigoris ẽ.Antiqui eni fortes fęminas ita vocabant.
Uirgo autem non recte virago dicitur:ſi non viri officio fũ
gitur.Mulier vero ſi virilia opera facit recte virago diciť:
vt amazona.Quę vero nunc fęmina antiquitus vira voca
bať:ſicut a ſeruo ſerua:ſicut a famulo famula:ita a viro vi
ra.Hinc ⁊ virginis nomẽ qdam putant:fęmina vero a par
tibus fęmorum dicta:vbi ſexus a viro diſtinguitur.Alij
gręca etymologia fęminã ab ignea vi dictã putãt:qꝛ vehe
mẽter cõcupiſcit:Libidinoſiores enĩ viris fęmine ſunt.tã
i mulieribꝰ quã i anialibꝰ.Unde nimius amor apud anti
quos fęmineus vocabať.Sẽior ẽ adhuc viridior.Qui.in
ſexto li.Senior iter iuuenẽqʒ ſenẽq;.Terẽtiꝰ.Quo iure ſu
mus.Adoleſcẽtior nõ vtiqʒ magis eſt adoleſcẽs.ſʒ minus
vt ſẽior minꝰ eſt ſene.vbi comparatiuus gradus minus ſi
gnificat a poſitiuo.Ergo ſenior nõ ſatis ſicut iuuenior ĩter
iuuenẽ:⁊ ſenẽ.ſicut pauperior ĩter pauperẽ.Senes auteʒ
dictos qdã putant a ſenſus diminutiõe eo ꝙ iã ꝑ vetuſta
te deſipiant.Nã phyſici dicũt homines ſtultos eẽ frigidio
ris ſanguinis prudẽtes calidi.Unde et ſenes i quibus iam
frigei:et pueri i quibus necdũ calet:minus ſapiũt.Jnde ẽ
quod cõuenit ſibi ĩfantũ ętas ⁊ ſenũ.Senes enĩ ꝑ nimiam
ętatẽ delirãt:pueri per laſciuiã et infantiã ignorãt qđ agãt:
Senex aũt tãtũ maſculini generis eſt.ſicut anus fęminini
Nã anus dicitur ſola mulier.Anus autem appellata a mľ
tis annis.quaſi annoſa.Nam ſi cõmune eſſet nomẽ: cur di
ceret Terentius ſenem mulierem.Hinc ⁊ vetula:qꝛ vetu
ſta:Sicut aũt a ſene ſenectꝰ:ita ab anu anilitas nominata
eſt:Canicies autem vocata a candore:quaſi candicies.vñ
eſt illud:Florida iuuẽtus:lactea canicies:prout diceret cã/
dida.Senectus autem et multa bona ſecũ affert:et mala
Bona:qꝛ nos a potẽtiſſimis dominis liberat: voluptatibꝰ
ĩponit modũ:libidinis frãgit ĩpetus:auget ſapiam:dat ma
turiora cõſilia:Mala aũt qꝛ ſeniũ miſerrimũ eſt debilitate ⁊
odio.ſubeũt enĩ morbi triſtiſqʒ ſenectus.nã duo ſũt quibꝰ
minuuntur corporis vires:ſenectus et morbus.Mors di
cta ꝙ ſit amara vel a marte qui eſt effector mortium ſiue
a morſu hominis primi quo ille vſu pomi morteʒ meruit.
Tria ſũt aũt genera mortis acerba.imatura.naturalis.A
cerba ifãtiũ.imatura iuuenũ.matura id ẽ nãlis ſenũ.Mor
tuus autẽ ex qua parte orationis declinetur incertum eſt.
Nam ſicut ait ceſar: non poteſt mortuꝰ aliqua facere poſt
mortem ſuam.ita homo nõ poteſt ſcire eiꝰ originẽ.i.mortu
us ab eo ꝙ eſt morior in participio pręteriti temporis in
tus exire debuit.per vnum.ſ.u non per duo.Nam vbi ge/
minata eſt litera u.nomen eſt nõ participium vt fatuꝰ ar/
duus.Conuenienter itaq; factũ eſt vt quẽadmodũ id qđ ſi
gnificat non poteſt agendo:ita ⁊ ipſum nomen non poſſit
loquendo declinari.Omnis autem mortuus.aut funus ẽ.
aut cadauer.Funus ẽ ſi ſepeliatur.Et dictuʒ funꝰ a funibꝰ

Ayuntamiento de Madrid

accenſis:quos ante pheretrum papyris cera circũdatis ferebãt.Cadauer ãt eſt ſi iſepultum iacet. Nam cadauer nominatur a cadendo:q2 iam ſtare non põt.Qd dum portat̃ exequias dicimus: crematum reliquias: conditum iam ſepultum.corpus autem conſuetudine dicit̃: vt illud: Tum corpora luce carentum.Defunctus vocatus: q2 compleuit vitę officium. Nã dicimus defunctos officio: q2 officia debita compleuerũt:vnde ẽ ⁊ honorib9 funct9. Hic ḡ defũct9 ꝙ ab officio vitę ſit depoſitus:ſiue ꝙ ſit die funct9. Sepultus aũt dictus eo ꝙ iam ſine pulſu ⁊ palpitatiõe eſt:ideſt ſine motu. Sepelire aũt eſt cõdere corpus. Nã humare obruere dicimus:hoc eſt humũ inijcere.

¶ De portentis. Cap. III.

Portenta eẽ ait Uarro: quę contra naturã nata videntur:ſed non ſunt contra naturã: q2 diuina voluntate fiunt:cũ volũtas creatoris cuiuſq3 conditę rei natura ſit. Unde ⁊ ipi gentiles deum mõdo naturam:modo deum appellant. Portentum ergo fit non contra naturam:ſed contra quam eſt nota natura. Portenta aũt ⁊ oſtẽta mõſtra atq3 ꝓdigia ideo nũcupant̃:ꝙ portendere atq3 oſtendere monſtrare ac prędicere aliqua futura videntur. Nã 3 portenta dicta perhibent̃ a portendendo:ideſt p̄oſtendendo. Oſtenta autem ꝙ oſtẽdere qcq3 futurũ videantur. Prodigia ꝙ porro dicãt: ideſt futura p̄dicãt. Mõſtra võ a mõitu dicta ꝙ aliqd ſignificãdũ demõſtrent ſiue ꝙ ſtatĩ mõſtrẽt qd appeat:⁊ h̄ ꝓprietatis eſt:abuſione tamen ſcriptorũ plerũq3 corrũpitur. Quedam aũt portentorũ creationes in ſignificatiõibus futuris conſtituta videntur. Uult enim deus interdũ ventura ſignificare ꝑaliqua naſcentiũ noxia:ſicut ⁊ per ſomnos ⁊ ꝑ oracula qua premoneat ⁊ ſignificet qbuſdã vel gentib9 vl' hominibus futurã cladẽ:qd plurimis etiam experimentis ꝓbatũ eſt:vt in tẽporibus xerxis regis. Tunc qppe vulpes ex equa creata:diſſolui regnũ eius portendit. Alexãdro ex muliere monſtrum creatũ3 eſt:ꝙ ſuperioris corporis ꝑtes hoĩs:ſed mortuas habuerit:inferiores diuerſarũ beſtiarũ: ſed viuẽtes:ſignificaſſe repentinã regis interfectionẽ:ſupuixerãt enĩ deteriora meliorib9. Sed hęc mõſtra q̃ ĩ ſignificatiõibus dant̃:nõ diu viuũt:ſed cõtinuo vt nata fuerint occidũt. Inter portẽtũ aũt ⁊ portẽtuoſũ differt. Nam portenta ſũt q̃ trãſfigurant̃:ſicut fert̃ ĩ vmbria mulierẽ pepeꝛiſſe ſerpẽtẽ. Unde lucanus. Martẽq3 ſuus conterruit infans. Portentuoſa vero leuẽ ſumunt mutationẽ:vtẽpli cã cu3 ſex digitis nati. Portenta igitur vel portẽtuoſa exiſtũt alia magnitudine toti9 corporis vltra cõmunẽ hominum modũ:quãtus fuit tition ĩ nouẽ iugerib9 iacẽs. Homero teſtante. Alia paruitate totius corpis:vt nani:vel quos gręci pygmęos vocãt:eo ꝙ ſint ſtatura cubitales. Alia magnitudine partiũ:veluti capite ĩformi:aut ſupfluis membrorum ꝑtib9 vt bicipites ⁊ trimani vel ſcinodontas qbus gemini ordine ꝓcedũt dẽtes. Alia defectu ꝑtiũ ĩ quibus altera ꝑs plĩmum deficit ab altera:vt manus a manu:vl' pes a pede. Alia diſciſſione:vt ſine manu.aut capite gñata:quos gręci ſtereſios vocãt. Alia ꝑ numeria:qñ ſolũ caput aut crus naſcitur. Alia q̃ ĩ ꝑte trãſfigurant̃:ſicut q leonis hñt vl'tũ vel canis:vl' taurinũ caput:aut corp9:vt ex paſiphae memorãt genitũ minotaurũ:qd gręci etheremorphiã vocant. Alia q̃ ex oĩ ꝑte trãſfigurãtur ĩ alienę creatiõis portentum: vt ex muliere vitulũ dicit hiſtoria generatũ. Alia q̃ ſine trãſfiguratione mutationẽ hñt locoꝝ:vt oclos in pectore vl' in frõte:aures ſupra tempora:vl' ſicut Ariſtoteles tradidit quendam in ſiniſtra ꝑte iecur:ĩ dextera ſplen habuiſſe. Alia ſm̃ ꝯnaturationẽ:vt in alia manu digiti plẽs connaturati ⁊ coherentes repiuntur:ĩ alia minus:ſiue in pedibus. Alia ſm̃ ĩmaturam ⁊ ĩtemperatam creationem:ſicut hi qui dentati naſcuntur ſiue barbati vl' cani. Alia cõplexu plĩmarũ differentiarum:ſicut illud qd prędiximus in alexandro mĩſtifor me portentu3. Alia cõmixtione generis:vt ãdrogyni ⁊ hermaphroditę vocantur. Hermaphroditę autem nuncupati eo ꝙ ĩ eis vterq3 ſexus appareat. Herma quippe apud gręcos maſcl'us eſt:aphrodi fęmina nũcupatur. Hi dextram mamillam virilem:ſiniſtrãm muliebrem habẽtes viciſſi3 coeundo ⁊ gigunt ⁊ pariunt. Sicut autem in ſingulis gentibus quędam monſtra ſunt hominum:ita in vniuerſo genere humano quędam monſtra ſunt gentium:vt gigantes cinocephali cyclopes ⁊ cetera. Gigantes dictos iuxta gręci ſermonis etymologiã qui eos gegines exiſtimãt:ideſt terrigenas eo ꝙ eos fabuloſe pariens terra immenſa mole ⁊ ſimiles ſibi gennerit. Ge enim terra appe.latur:genis gen9 licet ⁊ terrę:filios vulgus vocet: quorum genus incertum eſt. Falſo autem opinantur quidam imperiti de ſcripturis ſacris preuaricatores angelos cum filiabus hominum ante diluuium concubuiſſe:⁊ exinde natos gignantes: id eſt nimium grandes et fortes viros: de quibus terra completa eſt. Cenocephali appellantur:eo ꝙ canina capita habeant:quoſq3 ipſe latratus magis beſtias q̃ homines confitet̃: Hi ĩ india naſcũtur. Cyclopes quoq3 eadẽ india gignit et dicti cyclopes:eo ꝙ vnũ oculũ ĩ fronte media hr̃e ꝑhibent̃. Hi ⁊ agriophagite dnr̃ ꝓpter qd ſolas feraꝝ carnes comedũt. Lemnias in libya credũt truncos ſine capite naſci:⁊ os et oculos habere ĩ pectore. Alios ſine ceruicibus gigni oculos habẽtes ĩ humeris: In vltio aũt orientis mõſtruoſe gẽtiũ facies ſcribũtur. Alię ſine narib9 ęquali totius oris plãitie informes hẽntes vultus. Alię labro ſubteriore adeo ꝓminẽti.vt in ſolis ardoribus totã ex eo faciem cõtegãt dormientes. Alijs cõcreta ora eẽ modico tm̃ foramie calamis auenarũ paſtus hauriẽtes. Nõnulli ſine linguis eẽ dicũtur ĩ vicẽ ſermonis vtẽtes nutu ſiue motu. Panothioſi apud ſcythiã eẽ ferũtur tã diffuſa aurius magnitudie vt oẽ corp9 ex eis ꝯtegãt: Pan.n.gręco ſermone oẽ.othi aures dicũtur. Artabatitę ĩ ęthiopia ꝓni vt pecco ra ambulare dicũtur.quadrageſimũ enĩ annũ nullus ſupgredit̃. Satyri homũtiões ſũt aduncis narib9: cornua in frõtibus habẽt et caprarũ pedib9 ſimiles qualẽ ĩ ſolitudine antonius ſãctus vidit. Qui etiã interrogatus a dei ſeruo reſpõdiſſe fertur dicẽs: Mortalis ego ſũ vnus ex accolis heremi quos vario deluſa errore gẽtilitas faunos ſatyroſq3 colit. Dicuntur quidã et ſilueſtres hoĩes:quos nõnulli faunos ficarios vocãt: Sciopodũ gens fertur eẽ ĩ ęthiopia ſingulis cruribus et celeritate mirabili: quos inde ſciopodas gręci vocãt eo ꝙ per ęſtũ in terra reſupini iacẽtes pedũ ſuorũ magnitudine adumbrentur: Antipodes in libya plantas verſas habẽt poſt crura.⁊ octenos digitos ĩ plantis. ypopodes ĩ ſchitia ſũt hũanã formã et equinos pedes habẽtes: In india ferunt eẽ gentem que macrobij nuncupantur.xij.pedum ſtatura habentes. Eſt ⁊ gens ibi ſtaturę cubitalis: quos gręci a cubito pygmęos vocant: de qua ſupra diximus. Hi montana indię tenent .quibus eſt vicinus oceanus. Perhibẽt ⁊ ĩ eadẽ ĩdia eẽ gentẽ fęminarũ quę qnquennes cõcipiũt ⁊ octauũ vitę ãnũ nõ excedũt. Dicuntur aũt et alia hominũ fabuloſa portẽta:quę nõ ſunt: ſed ficta ⁊ ĩ cauſis rerũ interꝑtant̃:vt geryonẽ hiſpanię regẽ triplici forma ꝓditũ. Fuerũt enĩ tres fratres tãte concordię vt in tribus corporibus quaſi vna aĩa eẽt. Gorgões quoq3 meretrices crinitas ſerpẽtibus ferũt quę aſpicientes ſe cõuertebãt in lapides.habẽtes vnũ oculũ quo inicẽ vtebant̃. Fuerũt aũt tres ſorores vnius pulchritudis:quaſi vnius oculi q̃ ita ſpectatores ſuos ſtupeſcere faciebãt vt vertere eos putarẽtur ĩ lapides: Sirenas tres fingũt fuiſſe:ex parte virgines ex parte volucres habẽtes alas et vngulas.quarum vna voce altera tibijs:tertia lyra canebat

Ayuntamiento de Madrid

Que illectos nauigātes ſub cantu in naufragia trahebāt. Scd̄m veritatē aūt meretrices fuerūt: que trāſeuntes q̄m ad egeſtatē deducebāt: his ficte ſūt īferre naufragia. Alas aūt habuiſſe ⁊ vngulas: qꝛ amor ⁊ volat ⁊ vulnerat. Que inde in fluctibus cōmoraſſe dicunt̄: qꝛ fluct⁹ venerē creauerunt. Scyllā quoqꝫ ferūt feminā capitibus ſuccinctā caninis cū latratib⁹ magnis ꝓpter fretū ſiculi maris in quo nauigātes verticibus in ſe cōcurrētiū vndarū exterriti: latrare exiſtimēt vndas q̄s ſorbētes eſtus vorago collidit. Fingūt et mōſtra q̄dā irrōnabiliū aīantiū: vt cerberuz īferoꝝ canez tria capita habētē: ſignificātes ꝑ eū tres etates: ꝑ q̄s mors hoīez deuorat. i. īfantiā: iuuētutē: ⁊ ſenectutē. Quē quidam iō dictū cerberū putāt q̄ſi creoboros. i. carnē vorans. Dicūt ⁊ hydrā eē ſerpētez cū nouē capitib⁹ q̄ latine ſcedera dr̄: q̄ vno ceſo tria capita excreſcebāt. Sz ꝯſtat hydrā locuz fuiſſe euomētē aq̄s: vaſtātē vicinā ciuitatē: in quo vno clauſo meatu multi erūpebant. Qd̄ hercules videns: loca ipſa exuſſit: ⁊ ſic aque clauſit meatus. Nā hydra ab aq̄ dcā eſt. Hui⁹ mētionē facit Ambroſi⁹ in ſiītudine hereſuz dicens: Hereſis. n. velut q̄dā hydra fabularuz vulnerib⁹ ſuis creuit: ⁊ duz ſepe recidit̄ pullulauit ignis debito īcēdio pitura. Fingūt ⁊ chymerā triformē beſtiā: ore leo. poſtremis partib⁹ draco: media caprea. Quā q̄dā phiſiologi: nō aīal: ſz ciliciē mōtē eē aiūt: q̄buſdā locis leōes ⁊ capreas nutriētē: q̄buſdā ardētē: q̄buſdā plenā ſerpētib⁹. Hūc bellerephontes habitabilē fecit. vñ chymerā dr̄ occidiſſe. Centauris. i. hoībus equo mixtis ſpēs vocabulū dedit: quos q̄dā fuiſſe eq̄tes theſſaloꝝ dicūt: ſz ꝓ eo ꝙ diſcurrētes in bello: velut vnū corpus equoꝝ ⁊ hoīum viderent̄: īde cētauros fictos aſſeruerūt. Porro minotaurū nomē ſumpſiſſe ex tauro et hoīe: q̄lē beſtiā dicūt fabuloſe in labyrintho incluſaz fuiſſe de q̄ Ouidi⁹: Semiboueq̄ꝫ virū: ſemiuirūqꝫ bouē. Onocētaurū āt vocari eo ꝙ media hoīs ſpēs: media aſini eē dicatur: ſicut ⁊ hypocētauri: ꝙ equoꝝ hoīumqꝫ ī eis nā ꝯiūcta fuiſſe putat̄.

De tranſformatis. Cap. IIII.

Scribunt̄ aūt ⁊ quedā mōſtruoſe hoīuz trāſformatiōes ⁊ cōmutatiōes in beſtias: ſic de illa maga famoſiſſima circe q̄ ſocios quoqꝫ vlixis mutaſſe fert̄ in beſtias: ⁊ de archadibus q̄ ſorte ducti trāſnatabant quoddā ſtagnū: atqꝫ ibi cōuertebant̄ ī lupos. Nā ⁊ diomedis ſocios in volucres fuiſſe conuerſos: ñ fabuloſo mēdacio: ſz hiſtorica affirmatiōe ꝯfirmāt. Sz ⁊ q̄dā aſſerūt ſtrigas ex hoībus fieri. Ad multa. n. latrocinia figure ſceleratoꝝ mutant̄: ⁊ ſiue magicis cantib⁹ ſiue herbarū veneficio totis corporib⁹ in feras trāſeūt. Sigdē ⁊ ꝑ naturā pleraqꝫ mutationē recipiūt: ⁊ corrupta in diuerſas ſpēs trāſformant̄: ſicut de vituloꝝ carnib⁹ putridis apes: ſicut de equis ſcarabei: de mulis locuſte: de cācris ſcorpiōes: Ouidius: Concaua littorei ſi demas brachia cācri: Scorpius exibit: caudaqꝫ minabitur vnca.

Incipit liber. iz. De pecorib⁹ ⁊ iumentis. Cap. I.

Omnibus aīantibus Adaz p̄mus vocabula īdidit: appellās vnicuiqꝫ nomen ex p̄ſenti inſtitutione: iuxta cōditionē nature cui ſeruiret. Gentes antem vnicuiqꝫ aīaliuz ex propria lingua dederūt vocabula. Non aūt ſcd̄m latinā linguā atqꝫ grecaz aut quarūlibet gentiū barbararū noīa illa īpoſuit Adam: ſz illa lingua que ante diluuiū oīuz vna fuit que hebrea nuncupat̄. Latine aūt aīalia ſiue animātia dicta: ꝙ animent̄ vita ⁊ moueant̄ ſpū. Quadrupedia vocata: qꝛ q̄ttuor pedib⁹ gradiant̄: q̄ dum ſunt ſiīa pecorib⁹: tñ ſub cura humana nō ſunt: vt cerui: dāme onagri ⁊c̄: ſz neqꝫ beſtie ſunt: vt leones: neqꝫ iumenta: vt vſus hoīum iuuare poſſint. Pecus dicim⁹ omne qd̄ humana lingua ⁊ effigie caret. Proprie aūt pecoꝝ nomē his aīalib⁹ accōmodari ſolet q̄ ſunt aut ad veſcēdū apta: vt oues ⁊ ſues: aut vſui hoīum cōmoda: vt equi ⁊ boues. Differt autem īter pecora ⁊ pecudes. nā veteres cōīter in ſignificatiōe oīum animātiū pecora dixerūt: pecudes aūt tñ illa aīalia que edunt̄: q̄ſi pecuedes. Generaliter aūt omne aīal pecus a paſcendo vocatū. Iumēta noīa inde traxerūt: ꝙ noſtrū laborē vel on⁹ ſuo adiutorio ſubuectādo vl̄ arādo iuuēt. Nā bos carpēta trah.t ⁊ duriſſimas terre glebas vomere vertit. Equus ⁊ aſinus portāt onera: ⁊ hoīuz in gradiēdo laborē tēperant. Unde ⁊ iumēta appellant̄: ab eo ꝙ iuuent hoīes: ſunt eni magnaꝝ viriuz aīalia. Eadē quoqꝫ armēta: vel ꝙ ſint apta armis. i. bello: vel ꝙ his in armis vtimur. Alij armēta tñ boues intelligūt ab arādo: q̄ſi aramenta: vel ꝙ ſint cornib⁹ armata. Diſcretio eſt aūt īter armēta ⁊ greges. Nā armēta equorū ⁊ boū ſunt: greges vero caprarū ⁊ ouiū. Ouis molle pecus lanis: corpe iermе: aīo placidū: ab oblatiōe dictū eo ꝙ apō veteres in initio nō tauri: ſed oues in ſacrificio mactarent̄. Ex his q̄ſdā bidētes vocāt: eo ꝙ īter octo dētes duos altiores habēt: quas maxime gētiles ī ſacrificiū offerebāt. Uervex vel a viribus dictus ꝙ ceteris ouib⁹ ſit fortior: vel ꝙ ſit vir. i. maſculus: vel ꝙ vermē in capite habeat: quoꝝ excitati prurītu inuicē ſe cōcutiūt: ⁊ pugnātes cū magno īpetu feriunt. Aries vel apo tu areos. i. a mare vocat⁹. vñ apud nos in gregib⁹ maſculi mares dicunt̄: ſiue ꝙ hoc pecus a gētilibus p̄muz aris eſt īmolatū: Aries ꝙ aris īponeret̄. Uñ eſt illud: Aries mactat̄ ad arā. Agnū q̄q̄ ⁊ greci vocēt apo tu agno: q̄ſi piū: latini tñ ideo hoc nomē habere putāt eo ꝙ ꝑ ceteris aīantibus matrē agnoſcat: adeo vt etiā ſi in magno grege errauerit: ſtatiz balatu recognoſcat vocē parēti. Edi ab edēdo vocati. Parui enī pinguiſſimi ſunt ⁊ ſaporis iocūdi: vñ ⁊ edere: inde ⁊ eduliū vocat̄. Hircus laſciuuz aīal et petulcū ⁊ feruēs ſemꝑ ad coitū cui⁹ oculi ad libidinē ī trāſuerſuz aſpiciūt. vnde ⁊ nomē traxit. Nā hirci ſunt oculoꝝ anguli ſcd̄m Suetoniū: cuius nā adeo calidiſſima eſt vt adamantē lapidē quē nec ignis nec ferri domare valet mā: ſolus hui⁹ cruor diſſoluat. Maiores hirci cinifi dicunt̄ a fluuio cinife in libya vbi grādes naſcūtur. Capros ⁊ capras a carpēdis virgultis q̄dā dixerūt. Alij ꝙ captēt aſpera. Nōnulli a crepitu crurū: vnde eas creas vocitatas: que ſunt capre agreſtes: q̄s greci ꝓ eo ꝙ acutiſſime videant. απο του Δερκεσθαι. i. dorchas appellauerūt. Morant̄ eni in excelſis mōtib⁹: ⁊ q̄uis de lōginquo: vidēt tñ oēs qui veniūt. Eedem aūt ⁊ capree: eedē ibices: q̄ſi auices: eo ꝙ inſtar auiuz ardua ⁊ excelſa teneāt: ⁊ in ſublimibus īhabitent: ita vt de ſublimitate vix humanis obtutib⁹ pateāt: vñ ⁊ meridiana pars ibices aues vocat qui nili fluētis inhabitāt. Hec itaqꝫ aīalia vt diximus in petris altiſſimis cōmorant̄: vt ſi quando ferarū vel hoīuz aduerſitatē ꝑſenſerint de altiſſimis ſaxoꝝ cacuminib⁹ ſeſe p̄cipitātes: in ſuis ſe cornib⁹ illeſas ſuſcipiūt. Cerui dicti apo ton ceraton. i. a cornib⁹. Cerata eniz grece cornua dicuntur: hi ſerpentium inimici: cuz ſe grauatos infirmitate perſenſerint: ſpū narium eos extrahunt de cauernis ⁊ ſuperata pernitie veneni eoruz pabulo reparantur. Dictamū herbā ipſi ꝓdiderunt. Naz ea paſti excutiūt acceptas ſagittas. Miratur autez ſibilū fiſtularuz: erectis auribus acute audiūt: ſūmiſſis nihil: ſi quādo immēſa flumina vel maria trāſnatāt: capita clunibus precedētiuz ſuꝑponunt: ſibiqꝫ inuicē ſuccedētes: nullū laborez pōderis ſentiunt. Tragelaphi a grecis nominati: qui duz eadem ſpecie

Ayuntamiento de Madrid

ſint:vt cerui villoſos tamen habent armos: vt hirci etmẽ
ta ꝓmiſſis hirta barbis:qui non alibi ſunt ꝙ̃ circa phaſi
dem. Hinnuli filij ſunt ceruoꝝ ab inuere dicti: qꝛ ad nutũ
matris abſcõdunt̃. Dãmula vocata ꝙ de manu effugiat:ti
miduꝫ aial ⁊ imbelle:de quo Martialis: Dẽte timet̃ aper:
defendũt cornua ceruũ. Imbelles dãmę: quid niſi ꝑda ſu
mus. Lepus q̃ſi leuipes:qꝛ velociter currit. Unde ⁊ gręce
ꝓ curſu. lagos dicit̃:velox eſt.n.animal ⁊ ſatis timidũ. Cu
niculi genus agreſtiũ animaliuꝫ:dicti quaſi caniculi: eo ꝙ
canũ indagine capiantur vel excludant̃ a ſpelũcis. Sus di
cta ꝙ paſcua ſubigat.i.terra ſubacta eſcas ingrat. Uerres
ꝙ grãdes habeat vires. Porcus quaſi ſporcus. Ingurgitat
eniꝫ ſe cęno:luto imergit:limo illinit. Horatiꝰ: Et amica lu
to ſus:hinc etiã ſpurcitia vel ſpuriꝰ nũcupatur. Porcoꝝ pi
los ſetas vocamus:⁊ ſetas a ſue dictas:a qbus ⁊ ſutores vo
cant̃ ꝙ ex ſetis ſuant.i.cõſuãt pelles. Aper a feritate voca
tus ablata f.littera ⁊ ſubrogata p. Unde ⁊ apud gręcos ſya
gros.i.ferus dicit̃. Omne eni qꝺ feruꝫ eſt ⁊ imite: abuſiue
agreſte vocamꝰ. Iuuẽcus dictus eo ꝙ iuuare icipiat hoim
vſus in excolẽda terra: vel qꝛ apud gẽtiles ioui ſemꝑ vbiqꝫ
iuuẽcus imolabat̃:nunq̃ꝫ taurus. Nã in victimis etiã ętas
cõſiderabat̃. Taurus gręcũ nomẽ eſt:ſicut ⁊ bos. Indicis
tauris color fuluus eſt:volucris ꝑnicitas:pilis in cõtrariuꝫ
verſis: caput circũflectũt flexibilitate qua volũt: tergi du
ritia omne telũ reſpuũt imiti feritate. Bouẽ gręci boeten
dicũt. Hũc latini trionẽ vocãt eo ꝙ terrã terat q̃ſi terionẽ
Neuius: Trionuꝫ hic moderator ruſticus:cuius latitudo
pelliũ a mẽto ad crura. Palearia dicunt̃ a pelle ipſa: quaſi
pellearia:qꝺ eſt generoſitatis in boue ſignũ. Bouꝫ i ſocijs
eximia pietas. Nã alter alterũ inqrit cũ quo ducere collo
aratra cõſueuit:⁊ freqũẽti mugitu piũ teſtat̃ affectũ ſi for
te defecerit. Uacca dicta q̃ſi boacca. Eſt eniꝫ ex qualitate
mobiliũ nominũ:ſicut leo lęna:draco dracęna. Uitulus ⁊
vitula a viriditate vocati ſũt.i.ętate viridi:ſicut virgo. Ui
tula aũt parua eſt ⁊ nõduꝫ enixa. Naꝫ enixa iuuẽca eſt aut
vacca. Bubali vocati ꝑ deriuationẽ ꝙ ſunt ſimiles boum.
adeo idomiti:vt ꝓ feritate iugũ ceruicibꝰ nõ recipiãt. Hos
africa ꝓcreat. Uri agreſtes boues ſunt in germania habẽ
tes cornua in tãtuꝫ ꝓtenſa:vt regijs mẽſis inſigni capacita
te ex eis gerulę fiant. Camelis cauſa nomẽ dedit:ſiue ꝙ qñ
onerant̃ vt breuiores ⁊ humiliores fiant accubãt:qꝛ gręci
cami humile ⁊ breue dicũt:ſiue qꝛ curuus eſt dorſo. Camꝰ
eni verbo gręco curuũ ſignificat. Hos licꝫ ⁊ alię regiones
mittãt:ſed Arabia plurimos. Differũt autẽ ſibi: nã arabici
bina tubera in dorſo habẽt:reliquarũ regionũ ſingula. Dro
meda genus cameloꝝ eſt minoris quidẽ ſtaturę: ſed velo
cioris curſus:vñ ⁊ nomẽ hꝫ. Nã dromos gręce curſus ⁊ ve
locitas appellat̃. Centũ.n.⁊ amplius miliaria vno die ꝑge
re ſolet. Qꝺ aial ſicut bos ⁊ ouis ⁊ camelus ruminat. Ru
minatio auteꝫ dicta eſt a rumine eminẽte gutturis parte:ꝑ
quã dimiſſus oibus a certis aialibꝰ reuocatur. Aſinꝰ ⁊ aſel
lus a ſedẽdo dictus:quaſi aſedus:ſed hoc nomen qꝺ magis
equis cõueniebat:ideo hoc aial ſumpſit:qꝛ ꝓuſq̃ꝫ equos ca
perẽt hoies:huic ꝓſidere cęperũt. Aial quippe tardũ ⁊ nul
la rõne renitens: ſtatiꝫ vt voluit ſibi hõ ſubſtrauit. Onager
interꝑtat̃ aſinus ferus. On quippe gręci aſinũ vocãt:agriã
ferum. Hos africa hꝫ magnos ⁊ indomitos:⁊ in deſerto va
gantes. Singuli aũt fęminarũ gregibus ꝓſunt. Naſcentibꝰ
maſculis ęlant ⁊ teſticulos eoꝝ morſu detrũcant:qꝺ cauẽ
tes matres eos in ſecretis locis occultãt. Aſini arcadici di
cti eo ꝙ ab archadia ꝓmuꝫ vecti ſint magni ⁊ alti. Minor
aũt aſellus onagro plus neceſſariꝰ eſt: qꝛ ⁊ laborẽ tolerat ⁊
negligẽtiã ꝓpe moduꝫ nõ recuſat. Equi dicti:eo ꝙ qñ qua
drigis iungebant̃ equabant̃. pareſqꝫ forma ⁊ ſimiles cur
ſu copulabant̃. Caballus a cauando dictus: ꝓpter qꝺ gradi
ens vngula impꝛeſſa:terrã cocauet:qꝺ reliqua aialia nõ hñt.

Inde ⁊ ſonipes ꝙ pedibus ſonat. Uiuacitas equoꝝ mlta:
exultant eni in cãpis:odorãtur bellũ: excitant̃ ſonitu tubę
ad ꝓliuꝫ:voce accenſi ad curſuꝫ ꝓuocant̃. Dolent eniꝫ cuꝫ
victi fuerint:exultãt cũ vicerint. Quidã hoſtes i bello ſen
tiunt:adeo vt aduerſarios morſu petãt. Aliqui aũt ꝓprios
dños recognoſcũt:obliti mãſuetudinis ſi mutent̃:aliq pręter
dñm nullũ dorſo recipiũt. Interfectis vel moriẽtibꝰ do
minis multi lachrymas effundunt. Solius equi eſt ꝓpter
hominẽ lachrymari ⁊ doloris affectũ ſentire. Unde ⁊ in cẽ
tauris equoꝝ ⁊ hoium natura permixta eſt. Solẽt etiã ex
equoꝝ męſticia vel alacritate euẽtũ futurũ dimicaturi col
ligere. Etas lõgęua equis ꝑſicis vgnicis epiroticis ac ſicu
lis: in annis vltra qnquaginta:breuior aũt hiſpanis:ac nu
midis ⁊ gallicis frequẽs opinio eſt. In generoſis equis: vt
aiũt veteres:quattuor expectant̃:forma:pl̃chritudo: meri
tũ atqꝫ color. Forma vt ſit validũ corpus ⁊ ſoliduꝫ robori
cõueniẽs altitudo:latus longũ ſubſtrictũ:maximę ⁊ rotun
dę clunes:pectus late patens:corpus omne muſculoꝝ dẽſi
tate nodoſum:pes ſiccus ⁊ cornu cõcauo cõſolidatus. Pul
chritudo:vt ſit exiguũ caput:⁊ ſiccuꝫ:pelle ꝓpe oſſibꝰ adhe
rẽte:aures breues ⁊ argutę:oculi magni:nares patulę:⁊ ere
cta ceruix:coma denſa ⁊ cauda:vngularũ ſoliditate fixa ro
tunditas. Meritũ:vt ſit aĩo audax:pedibꝰ alacer:trementi
bus mẽbris:qꝺ eſt indiciũ fortitudinis:quiq̃ꝫ ex ſũma quie
te facile cõcitet̃:vel excitata feſtinatione nõ difficile tenea
tur. Motus aũt equi in auribus itellgit̃:virtus in mẽbris
tremẽtibus. Color hic ꝓcipue expectãdus: badius aureus:
roſeus:myrteus:ceruinus:giluus:glaucus:ſcutulatꝰ:canus:
cãdidus:albus:guttatus:niger. Sequẽti autẽ ordine variꝰ
ex nigro badioq̃ꝫ diſtinctus:reliquus varius color:vel cine
reus deterrimꝰ. Badiũ autẽ antiqui vadiũ dicebãt:ꝙ iter
cętera aialia fortiꝰ vadat. Ipſe eſt ⁊ ſpadix:quẽ fęnicatũ vo
cant:⁊ dictus ſpadix a colore palmę:quã ſiculi ſpadicaꝫ vo
cãt. Glaucus vero eſt veluti pictos oculos habẽs:⁊ quodã
ſplẽdore ꝑfuſos. Nã glaucũ veteres dicebãt albũ. Giluꝰ au
tem melinꝰ color eſt ſubalbidus. Guttatꝰ albus nigris iter
ueniẽtibꝰ pũctis. Cãdidus aũt ⁊ albus inuiceꝫ ſibi differũt
Nã albus cũ quodã pallore eſt:cãdidus vero niueꝰ ⁊ pura
luce ꝑfuſus. Canꝰ dictus qui ex candido colore ⁊ nigro eſt.
Scutulatꝰ vocatꝰ ꝓpter orbes quos hꝫ cãdidos inter pur
pureos. Uariꝰ ꝙ vias habeat colorum imparium. Qui aũt
albos tñ pedes habent petuli appellant̃: qui frontẽ albaꝫ
calidi. Ceruinꝰ eſt queꝫ vulgo guaraneꝫ dicunt. Eranẽ idẽ
vulgus vocat:ꝙ in moduꝫ ęrei ſit coloris. Myrteꝰ aũt eſt
preſſus in purpura. Doſinus aũt dictꝰ:ꝙ ſit color eiꝰ de aſi
no:idem ⁊ cinereꝰ. Sũt aũt hi de agreſti genere orti. quos
equiferos dicimꝰ: ⁊ proinde ad vrbanã dignitatem tranſi
re nõ poſſunt. Mauron niger eſt. Nigrũ eni gręci mauron
vocãt. Mannꝰ vͦo equꝰ breuior ẽ: quẽ vulgo brunicũ vel
brunitiũ vocãt. Ueredos antiqui dixerũt: ꝙ veherent rę
das.i.ducerent:vel ꝙ vias publicas currãt per q̃s ⁊ rędas
ire ſolitũ erat. Equoꝝ tria ſunt genera. Unũ generoſum ꝓ
lijs ⁊ oneribus aptuꝫ. Alterum vulgare atq̃ꝫ gregariuꝫ ad
vehenduꝫ non ad equitanduꝫ aptuꝫ. Tertiuꝫ ex permixti
one diuerſi generis ortuꝫ:quod etiaꝫ bigeneruꝫ dicitur:qa
ex diuerſis naſcitur: vt mulus. Mulus autẽ a gręco tractũ
vocabulum habet: eo ſcilicet ꝙ iugo piſtorum ſubactꝰ tar
das molendo ducat in gyruꝫ molas. Iudęi aſſerunt ꝙ ana
abnepos eſau equarũ greges ab aſinis in deſerto: ipſe fece
rit primꝰ aſcendi: vt mulorum inde noua contra naturam
animalia naſcerent̃. Onagros quoq̃ꝫ ad hoc admiſſos eſſe
ad aſinas:⁊ ipſum iſtiuſmodi reperiſſe concubitum: vt ve
lociſſimi ex his aſini naſcerent̃. Induſtria quippe humana
diuerſum animal in coitu coegit:ſicq̃ꝫ adulterina cõmixti
one genus aliud repperit:ſicut ⁊ iacob cõtra naturã coloꝝ
ſimilitudines ꝓcurauit. Nam tales fętus oues illiꝰ conci

Ayuntamiento de Madrid

piebant:quales vmbras arietuꝫ deſup aſcendentiū in aq̄ꝝ
ſpeculo contēplabantᷣ.Deniq; ⁊ hocipſuꝫ in equarū grege
fieri ferṫ:vt generoſos obyciant equos viſibꝰ cōcipientiū:
quo eoꝝ ſimiles cōcipere ⁊ creare poſſint.Naꝫ ⁊ colūbarū
dilectores depictas ponūt pulcherrimas columbas yſdeꝫ
locis qbꝰ illę verſantur:quo rapiente viſu ſiles generēt.In
de eſt ꝙ qdam grauidas mulieres iubēt nullos intueri tur
piſſimos animaliū vultus:vt cenocefalos ⁊ ſimias: ne viſi
bus occurrētes ſimilis fętꝰ pariant. Hāc eniꝫ fęminarū di
cunt eſſe naturā:vt q̄les ꝓſpexerint: ſiue mēte cōceperint
in extremo voluptatis ęſtu dū cōcipiūt: talē ſoboleꝫ ꝓcre
ent. Et eni animal in vſu venereo formas extrinſecas intꝰ
tranſmittit:eorūq; ſatiata typis rapit ſpecies eoꝝ in ꝓpriā
q̄litatem. In animātibꝰ bigenera dicunṫ quę ex diuerſis
naſcunṫ:vt mulus ex equa ⁊ aſino: burdo ex equo ⁊ aſina
hybride ex apris ⁊ porcis: tityrus ex oue ⁊ hirco: muſino
ex capra ⁊ ariete.Eſt autem dux gregis.

De beſtijs. Cap. II.

Beſtiarum autē vocabulū ꝓprie cōuenit leo
nibus pardis:tigribꝰ:lupis:⁊ vulpibus: cani
buſq; ⁊ ſimijs:⁊ cęteris quę vł ore vł vngui
bus ſeuiunt:exceptis ſerpētibꝰ. Beſtię autē
dictę a vi q̄ ſeuiunt.Ferę appellatę eo ꝙ na
turali vtanṫ libertate ⁊ deſiderio ſuo ferā
tur.Sunt autē liberę earū volūtates:⁊ huc atq; illuc vagā
tur.⁊ quo animꝰ duxerit: eo ferunṫ. Leonis vocabuluꝫ ex
gręca origine inflexū eſt in latinū.Gręce eni leon vocaṫ: et
eſt nomen notū:q2 ex parte corruptū.Lęna v̊o totū gręcū
eſt:ſicut ⁊ dracęna.Ut autē lęna lea dicaṫ : vſurpatū eſt a
poetis. Leo aūt gręce latine rex interꝓtaṫ:eo ꝙ ſit ꝑnceps
omniū beſtiarū. Cuiꝰ genꝰ trifariū diciṫ. E qbꝰ breues:ac
iuba criſpa imbelles ſūt:lōgi ⁊ coma ſimplici acriores. Ani
mos eoꝝ frons ⁊ cauda indicat. Uirtꝰ eoꝝ in pectore: fir
mitas in capite. Septi aūt a venatoribꝰ terrā cōtuenṫ:quo
minus cōſpectis venabulis terreanṫ. Rotarū timent ſtre
pitus:ſꝫ ignes magis.Cū dormierint vigilant oculi.Cū am
bulāt cauda ſua cooperiūt veſtigia ſua ne eos venator iue
niat.Cū genuerint catulū tribꝰ diebꝰ ⁊ tribꝰ noctibus catu
lus dormire ferṫ. Tūc deinde patris fremitu vł rugitu ve
luti tremefactꝰ cubilis locus ſuſcitare diciṫ catulū dormiē
teꝫ.Circa hominē leonū nā eſt benigna : vt niſi lęſi neq̄ant
iraſci. Patet enim eoꝝ miſericordia exēplis aſſiduis. Pro
ſtratis eni parcūt:captiuos obuios repatriare permittunt:
homineꝫ nō niſi in magna fama interimūt : de qbꝰ Lucre
tiꝰ:Scimuſq; leonū ⁊c̄. Tigris vocata ꝓpter velocē fugā.
Ita eni nomināt perſę ⁊ medi ſagittā. Eſt eni beſtia varijs
diſtincta maculis:virtute ⁊ velocitate mirabilis : ex cuius
noie flumē tigris appellaṫ ꝙ is rapidiſſimꝰ ſit oium fluuio
ruꝫ. Has magis hyrcania gignit. Panther dictꝰ ſiue ꝙ oiꝫ
animaliū amicus ſit:excepto dracone:ſiue q2 ⁊ ſui generis
ſocietate gaudet:⁊ ad eandē ſimilitudinē gcqd accipit red
dit. Pan.n.gręce omne diciṫ. Beſtia hęc eſt minutis orbi
culis ſuppicta ita vt oculatis ex fuluo circulis nigra vel al
ba diſtinguaṫ varietate. Hęc ſemel oino parturit : cuiꝰ cau
ſę rō manifeſta eſt. Naꝫ cuꝫ in vtero matris coaluere catu
li:maturiſq; ad naſcēdū viribꝰ pollēt:odiūt tēpoꝝ moras:
itaq; oneratā fętibus vuluā tanq̄ obſtātē partui vnguibꝰ
lacerāt:effundit illa partuꝫ:ſeu potius dimittit: dolore coa
gente. Ita poſtea corruptis ⁊ cicatricoſis ſedibꝰ genitale ſe
men infuſuꝫ non hęret acceptū: ſed irritū reſilit. Naꝫ Pli
nius dicit aialia cū acutis vnguibꝰ frequēter parere nō poſ
ſe. Uicianṫ eni intrinſecus ſe mouētibus catulis. Pardus
ſecūdus poſt pāthere:eſt genus variū ac velociſſimū ⁊ prę
ceps ad ſanguinē. Saltu eni ad mortē ruit. Leopardus ex
adulterio lęnę ⁊ pardi naſciṫ:⁊ tertiā origineꝫ efficit : ſic̄ ⁊
Plinius in nāli hiſtoria dicit leonem cum parda: aut par
dum cum lęna cōcūbere:⁊ ex vtroq; coitu degeneres par
tus creari:vt mulus ⁊ eq̄ ex aſino. Rhinocerō a gręcis vo
catus:latine interꝓtaṫ in nare cornu. Idem ⁊ monoceron:
id eſt vnicornis: eo ꝙ vnuꝫ cornu in media fronte habeat
pedū q̄ttuor:ita acutū ⁊ validuꝫ vt gcquid impetierit : aut
ventilet:aut perforet. Nam ⁊ cū elephantis ſępe certamen
habet:⁊ in ventre vulneratum ꝓſternit. Tantę autem eſt
fortitudinis vt nulla venantiuꝫ virtute capiatur : ſed ſicut
aſſerūt qui naturas animaliū ſcripſerūt : virgo puella ꝑpo
nitur quę venienti ſinuꝫ aperit:in quo ille omni ferocitate
depoſita caput ponit:ſicq; ſoporatus velut inermis capiṫ.
Elephantem gręci a magnitudine corporis vocatū putāt:
ꝙ formam montis ꝑferat. Gręce eniꝫ mōs elepho dicitur.
Apud indos autē a voce barro vocaṫ. Unde ⁊ vox eiꝰ bar
ritus diciṫ:⁊ dentes eiꝰ ebur:roſtrū autē promoſcida diciṫ
qm̄ illo pabuluꝫ ori admouet:⁊ eſt angui ſimilis: vallo mu
nitus eburneo. Hos boues lucas vocabant antiqui roma
ni boues: quia nullū animal grandius videbant: lucas ga i
lucania illos primos pyrrhus in ꝑlio obiecit romanis. Nā
hoc genus animantis in rebus bellicis aptuꝫ eſt. In eis.n.
perſę ⁊ indi ligneis turribꝰ collocatis tanq̄ de muro iaculṫ
dimicant. Intellectu autē ⁊ memoria multa vigent. Grega
tim incedunt:motu quo valent ſalutāt homines : murē fu
giunt:auerſi coeunt.quādo autē parturiunt:in aquis vł in
inſulis dimittūt fętus:propter dracones: q2 inimici ſunt et
ab eis implicati necanṫ. Biennio auteꝫ portant fętus: nec
amplius q̄ ſemel gignūt:nec plures ſed tm̄ vnuꝫ. Uiuunt
autem annos trecētos. Apud ſolam africam ⁊ indiam ele
phanti prius naſcebantur: nunc ſola eos india gignit. Gry
phes vocatur:ꝙ ſit animal pēnatum ⁊ quadrupes. Hoc ge
nus feraruꝫ in hyperboreis montibus naſcitur: omni par
te corporis leones ſunt:alis ⁊ facie aquilis ſimiles : equis
vehementer infeſti. Nam ⁊ homines viuos diſcerpūt. Ca
meleon nō habet vnum colorem ſed diuerſa varietate cō
ſperſus: vt pardus. Dictus autem ita:eo ꝙ cameli ſimilitu
dinem habet ⁊ leonis:huius cameleontis corpuſculum ad
colores quos videt facillima conuerſione variatur : quod
animalium aliorum non eſt ita ad cōuerſioneꝫ facilis cor
pulentia. Cameleopardus dictus qđ dum ſit vt pardus al
bis maculis ſuperaſperſus : collo equo ſimilis : pedibꝰ bu
balis : capite tamen camelo ſimiils: hunc ęthiopia gignit.
Linx dictus quia in luporuꝫ genere numeratur:beſtia ma
culis diſtincta terga vt pardus:ſed ſimilis lupo. Unde ⁊ il
le licos:iſte linx. Huius vrinam cōuerti in duritiā precioſi
lapidis dicunt qui ligurius appellatur:ꝙ ⁊ ipſos linces ſen
tire hoc documento probatur. Nam egeſtum liquoreꝫ ha
renis inquantū potuerit contegūt inuidia quadā naturę
ne talis egeſtio trāſeat in vſuꝫ humanū. Linces dicit Pli
nius extra fętum vnuꝫ nō admittere ſecunduꝫ. Caſtores a
caſtrando dicti ſunt. Nam teſticuli eorum apti ſunt medi
caminibus propter ꝙ cum preſenſerint venatorem ipſi ſe
caſtrāt ⁊ morſibus vires ſuas amputāt : de quibus Cicero
in ſcauriana:redimunt ſe a parte corporis:propter ꝙ maxi
me expetunṫ. Iuuenalis. Qui ſe eunuchū ipſe facit: cupiēs
euadere dāna teſticuli. Ipſi ſunt ⁊ fibri qui etiam pontici
canes vocantur. Urſus fertur dictus ꝙ ore ſuo formet fę
tus:quaſi orſus. Nam aiūt eos informes generare partus:
⁊ carnem quādam naſci quā mater lambiēdo in membra
componit. vnde eſt illud: Sic format lingua fętum cum ꝓ
tulit vrſa. Sed hoc immaturitas partus facit. Deniq;.xxx.
die generat: vñ euenit: vt precipitata fęcunditas informis
procreetur. Urſorum caput inualiduꝫ: vis maxima in bra
chys ⁊ in lumbis. Unde interduꝫ erecti inſiſtunt. Lupus
gręca determinatione in linguā noſtram tranſfertur. Lu
pos enim illi licos dicunt. Licos autem gręce a morſibus
appellatur ꝙ rabie rapacitatis quęq; inuenerit trucidet.

Ayuntamiento de Madrid

Alij lupos vocatos aiũt: quaſi leopos ꝙ quaſi leoni ita ſit illi virtus in pedibus: vnde ꝗcquid pede ꝓſerit: non viuit. Rapax autem beſtia ⁊ cruoris appetens. De quo ruſtici aiunt: Uocem hominez perdere ſi eũ prior lupus viderit. Unde ⁊ ſubito tacenti dicit̃: lupus in fabula. Certe ſi ſe per viſuz ſenſerit: deponit feritatis audaciaz. Lupi toto anno non amplius q̃ȝ diebus. xij. cocũt: famẽ diu portãt: ⁊ poſt lõga ieiunia mltuz deuorãt. Lupos ethiopia mittit ceruice iubatos: ⁊ tanto varios: vt nulluz colorez dicant illis abeſſe. Canis nomẽ latinũ grecã ethymologiã videt̃ habere. Grece eni cinos dicit̃: lȝ eũ quidã a canore latratus appellatũ eſtimẽt: eo ꝙ inſonet: vnde ⁊ canere. Nihil autez ſagacius canibus. Plus enĩ ſenſus ceteris animalibus habẽt. Nãqȝ ſoli ſua nomina recognoſcũt: dominos ſuos diligunt: dominorũ tecta defendunt: pro dominis ſuis ſe morti obijciunt: voluntarie cũ domino ſuo ad predã currũt: corpus dñi ſui etiaȝ mortuũ non relinquunt. Quoꝝ poſtremo natura eſt externa hoies eſſe nõ poſſe. In canibus duo ſunt expectãda: aut fortitudo aut velocitas. Catuli abuſiue dicunt̃ quarũlibet beſtiarũ filij. Nam catuli proprie canũ ſunt: per diminutionẽ diſtincti. Liciſci aũt dicunt̃: vt ait Plinius: Canes nati ex lupis: ⁊ canibus cũ iter ſe forte miſcent̃. Solẽt ⁊ inde feminas canes noctu in ſiluis alligatas admitti ad tigres beſtias: a quibꝰ inſiliri ⁊ naſci ex eodem fetu: canes adeo acerrimos ⁊ fortes: vt complexu leones proſternant. Uulpes dicta q̃ſi volupes. Eſt enĩ volubilis pedibꝰ ⁊ nũq̃ȝ rectis itineribus: ſed tortuoſis anfractibus currit: fraudulentũ animal: inſidijſqȝ decipiens. Nam dum nõ habuerit eſcaȝ fingit mortẽ: ſicqȝ deſcẽdẽtes quaſi ad cadauer volucres rapit ⁊ deuorat. Simie grecũ eſt nomẽ: id eſt ꝓſſis naribus. Unde ⁊ ſimias dicimus: ꝙ ſuppreſſis naribus ſint: ⁊ facie feda: rugis turpiter follicãtibus: lȝ ⁊ capellarũ ſit preſſum habere naſuȝ. Alij ſimias latino arbitrantur ſermone vocatas eo ꝙ mlta in eis ſimilitudo rationis humane ſentitur: ſed falſum eſt. He elementorũ ſagaces noua luna exultant: media ⁊ caua triſtant̃. Fetus quos amãt ante ſe geſtant: neglecti circa matrem herent. Horuȝ genera quinqȝ ſunt: ex ꝗbus circopetici caudas habẽt. Simia eniȝ cũ cauda eſt quã quidaȝ durã vocant. Sfinge villoſe ſunt comis mãmis prominentibꝰ: dociles ad feritatis obliuionem. Cenocephali: ⁊ ipſi ſimiles ſimijs: ſed facie ad modum canis: vnde ⁊ nuncupati. Satyri facie admodũ grata: ⁊ geſticulatis motibus inquieti. Callitrices: toto pene aſpectu a ceteris diſtant. Sunt enim in facie producta barba: ⁊ lata cauda. Leontofonos: beſtia modica: ⁊ ex eo ita vocata: quia capta exuritur: eiuſqȝ cinere aſperſe carnes: ⁊ poſite per cõpita ſemitarum leones necant ſi quãtulũcunqȝ ex illis ſumpſerint. Strix animal in africa herinatij ſimile: vocatuȝ a ſpinarum ſtridore: quas tergo laxatas emittit: ⁊ canes inſequẽtes: vulnerat. Enydros beſtiola ex eo nuncupata: ꝙ in aquis verſetur: ⁊ maxime in nilo. Que ſi inuenerit dormiẽtẽ crocodilũ: volutat ſe in lutũ primũ ⁊ intrat per os eiꝰ i vẽtrem: ⁊ carpens oĩa interiora eius exit viua de viſceribus crocodili ipſo mortuo. Hic neomon grece vocatꝰ eo ꝙ odore ſuo ⁊ ſalubria ciboꝝ: ⁊ venenoſa prodant̃. de quo Dracõtius ait. Predicit ſuillus vim cuiuſcunqȝ veneni. Suillus autem a ſetis eſt nũcupatus. Hic etiã ſerpentes inſequit̃: ꝗ cuȝ aduerſus aſpidẽ pugnat: caudã erigit: quã aſpis maxie obſeruat: q̃ſi minantẽ: ad quã cuȝ vim ſuã trãſfert decepta corrumpitur. Muſio appellatus ꝙ muribus infeſtus ſit. Hunc vulgus captũ a captura vocat. Alij dicunt ꝙ captat id eſt videt. Nam tanto acute cernit vt fulgore luminis noctis tenebras ſuperet. Unde ⁊ a grecis venit catus: id eſt ingenioſus. απο του καιειν. Furo a furuo dictꝰ. vnde ⁊ fur. Tenebroſos enim ⁊ occultos cuniculos effodit: ⁊ eijcit predam quã inuenerit. Melo vel ꝙ ſit rotundiſſimo mẽbro. vel ꝙ fauos petat: ⁊ aſſidue mella captet.

De minutis animantibus. Cap. II.

Mus puſillũ animal: grecũ illi nomen eſt. ꝗcquid vero ex eo trahit latinũ fit. Alij dicũt mures ꝙ ex humore terre naſcantur. Naȝ mus terra: vñ ⁊ humꝰ. His in plenilunio iecur creſcit: ſicut q̃dam maritima augentur: que rurſus decreſcente luna deficiunt. Sorex latinuȝ eſt eo ꝙ rodat: ⁊ in moduȝ ferre ꝑcidat. Antiqui autẽ ſoricẽ ſauricẽ dicebãt: ſicut ⁊ cloduȝ claudũ. Muſtela dicta: quaſi mus longus. Nam telũ a lõgitudine dictũ. Hec ingenio ſubdola in domibꝰ vbi nutrit catulos ſuos tranſfert mutatqȝ ſedẽ. Serpentes etiã ⁊ mures perſeqtur. Duo autẽ genera ſũt muſtelarũ. Alterũ eniȝ ſilueſtre eſt: diſtans magnitudine: qȯ greci ictidas vocant. alterũ in domibꝰ oberrans. Falſo autẽ opinant̃ qui dicunt muſtelã ore cõcipere: aure effundere partũ. Mus araneũ cuius morſus aranee: eſt in ſardinia animal perexiguũ: aranee forma: cuius morſu preciduntur tecta: que ſolifuga dicitur: ꝙ dieȝ fugiat. In metallis argẽtarijs plurima eſt: occulta reptãs: ⁊ per imprudẽtiã ſuperſedẽtibus peſteȝ facit. Talpa dicta: ꝙ ſit dãnata cecitate perpetua ⁊ tenebris. Eſt enim abſqȝ oculis. ſemꝑ terrã fodit: ⁊ humũ egerit: ⁊ radices ſubter frugibus comedit: quã greci aſſalam vocãt. Glires dicti ſunt: q̃ pingues eos efficit ſomnus. Nã gliſcere dicimꝰ creſcere. Hyeme. n. tota dormiũt: ⁊ imobiles q̃ſi mortui iacent: tempore eſtiuo reuiuiſcunt. Heritius aial ſpinis coopertũ: qȯ exinde dicit̃ noiatum: eo ꝙ ſubrigit ſe quãdo ſpinis ſuis claudit̃: quibꝰ vndiqȝ ꝓtectus eſt cõtra inſidias. Nam ſtatim vt aliqd ꝓſenſerit: primũ ſe ſubrigit: atqȝ i globũ cõuerſus: in ſua ſe arma recolligit. Huiꝰ prudentia q̃dã eſt. Naȝ dum abſciderit vuã de vite: ſupinꝰ ſeſe volutat ſuper eã: ⁊ ſic eã exhibet natis ſuis. Grillus: nomen a ſono vocis hȝ. Hic retro ambulat: terrã terebrat: ſtridet noctibus. Uenat̃ euȝ formica circũligata capillo in cauernã eius cõiecta afflata priꝰ puluere ne ſe abſcõdat: ita formice cõplexibus trahit̃. Formica dicta eo ꝙ ferat micas farris: cuius ſolertia multa. Prouidet enĩ in futuruȝ: ⁊ ꝑparat eſtate qȯ hyeme comedat. In meſſe autẽ eligit triticũ: hordeũ nõ tãgit. Dũ pluit ei ſuꝑ frumentuȝ: totũ eijcit. Dicunt̃ in ethiopia eſſe formice ad formã canis: q̃ harenas aureas pedibꝰ eruunt: quas cuſtodiũt ne quis auferat: captãteſqȝ ad necẽ perſequunt̃. Formicoleon ob hoc vocatꝰ: q̃ eſt vel formicarũ leo vel certe formica pariter ⁊ leo. Eſt enim aial paruum formicis ſatis infeſtum: qȯ ſe in puluere abſcondit: et formicas frumenta geſtantes interficit. Proinde autẽ leo ⁊ formica vocatur: q̃ alijs animalibus vt formica eſt: formicis aute vt leo eſt.

De ſerpentibus. Cap. III.

Anguis vocabulũ oium ſerpentiũ genus: ꝙ plicari ⁊ cotorqueri põt: ⁊ inde anguis ꝙ angulоſus ſit: ⁊ nunq̃ȝ rectus. Angues autem apud antiquos pro genus lucoꝝ erãt habiti ſemꝑ: vnde ⁊ Perſiꝰ: Pige duos angues pueri ſacer eſt lucus. Colubruȝ cõſtat ab eo dictũ ꝙ colat vmbras: vel ꝙ i lubricos tractus flexibꝰ ſinuoſis labitur. Naȝ lubricũ dicitur ꝗcqd labitur dum tenetur: vt piſcis ⁊ ſerpẽs. Serpẽs aũt nomẽ accepit: q̃ occultis acceſſibus ſerpit: nõ apertis paſſibꝰ: ſȝ ſq̃marũ minutiſſimis niſibus repit. Illa aũt que quattuor pedibus nitunt̃: ſicut lacerte ⁊ ſtelliões: nõ ſerpẽtes ſed reptilia nominant̃. Serpẽtes autez reptilia ſunt: q̃ ventre ⁊ pectore reptant. Quoꝝ tot venena: quot genera: tot pnities: quot ſpecies: tot dolores quot colores habent̃. Draco maior cũctorum ſerpentiũ ſiue oium animantiuȝ ſuper terraȝ. Hunc greci dracontã vocant. Unde ⁊ deriuatum eſt in la

Ayuntamiento de Madrid

tinum vt draco diceretur: quia ſępe a ſpeluncis abſtract⁹:
fertur in aerem concitaturq; propter euz aer. Eſt autez cri
ſtatus ore paruo: ⁊ arctis fiſtulis: per quas trahit ſpiritum
⁊ linguā exerat. Uim autē nō in dentibus: ſed in cauda ha
bet: ⁊ verbere potius q̄ȝ rictu nocet. Innoxius autē eſt a ve
nenis: ſed ideo huic ad mortez faciendā venena nō eſſe ne
ceſſaria: quia ſi quem ligauerit occidit. A quo nec elephas
tutus eſt ſui corporis magnitudine. Nam circa ſemitas de
liteſcens per quas elephanti ſolito gradiuntur: crura eorūz
nodis illigat ac ſuffocatos perimit. Gignitur autē in ethio
pa ⁊ in india: in ipſo incendio iugis ęſtus. Baſiliſcus gręce
latine interpretat̄ regulus: eo ꝙ rex ſerpentiuȝ ſit: adeo vt
eum videntes fugiant: quia olfactu ſuo eos necat. Nam ⁊
hominem ſi aſpiciat interimit. Siquidem ad eius aſpectū
nulla auis volans illęſa trāſit: ſed q̄ȝuis procul ſit: eius ore
combuſta deuoratur. A muſtellis tamen vincitur: quas il
lic homines inferunt cauernis: in quibus deliteſcūt. Itaq;
ea viſa fugit quem illa perſequitur ⁊ occidit. Nihil eniȝ pa
rens illę rerum ſine remedio cōſtituit. Eſt autez longitudi
ne ſemipedalis albis maculis lineatus. Reguli autē ſicut
ſcorpiones arētia queq; ſectātur: ⁊ poſtq̄ȝ ad aquas vene
rint ibiq; aliquē momorderint. hydrophobas ⁊ lymphati
cos faciunt. Sibilus idem eſt qui ⁊ regulus. Sibilo enī oc
cidit: anteq̄ȝ mordeat vl' exurat. Uipera dicta ꝙ vi pariat.
Nam cum venter eius ad partuȝ intumuerit catuli nō ex
pectantes maturā naturę ſolutionez corroſis eius laterib⁹
vi erumpunt cū matris interitu. Lucanus: Uiperei coeūt
abrupto corpore nati. Fertur autē ꝙ maſculus ore inſerto
viperę ſemen expuat. Illa autē ex voluptate libidinis in ra
biez verſa caput maris ore receptū ꝑcidit. Ita fit vt parēs
vterq; pereat: maſculus dū coit: fęmina duȝ parturit. Ex vi
pera autez fiunt paſtilli qui tyriaci vocaut̄ a gręcis. Aſpis
vocata ꝙ morſu venena immittat ⁊ aſpergat. Ios eniȝ gręci
venenū dicunt: ⁊ inde iaſpis ꝙ morſu venenato interimat.
Huius diuerſa genera ⁊ ſpecies ⁊ diſpares effect⁹ ad nocē
dum. Fertur autē aſpis cuȝ ceperit pati incantatorē: qui eā
quibuſdā carminibus ꝓprijs euocat: vt eā de cauerna pro
ducat: illa cuȝ exire noluerit: vnā aurē in terrā premit: alte
ram cauda obturat ⁊ operit: atq; ita voces illas magicas
non audiens: non exit ad incantātez. Dipſas genus aſpidis
qui latine ſitula dicitur: q2 quē momorderit ſiti perit. Hy
pnalis genus aſpidis: dicta ꝙ ſomno necat. Hanc ſibi cleo
patra appoſuit: ⁊ ita morte q̄ſi ſomno ſoluta eſt. Emorrois
aſpis nuncupatur: ꝙ ſanguinē ſudet qui ab eo morſus fue
rit: ita vt diſſolutis venis quicquid vitę eſt ꝑ ſanguinē euo
cet. Gręce enī ſanguis hęma dicitur. Preſter aſpis ſemper
ore patēti ⁊ vaporāti currit. Cui⁹ poeta ſic meminit. Oraq;
diſtendens auidus fumantia preſter. Hic quem ꝑcuſſerit
diſtenditur: enormiq; corpulentia necatur: extuberatū.n.
putredo ſequitur. Septabificus aſpis: qui dum momorde
rit hominē ſtatiȝ eū conſumit: ita vt liquefiat totus in ore
ſerpētis. Ceraſtes ſerpens dict⁹ eo ꝙ in capite cornua habe
at ſimilia arietū. Κεραστα eniȝ gręci cornua vocant. ſunt au
tem illi quadrigemina cornicula: quorū oſtentationē velu
ti eſcam illiciens ſollicitata aīalia perimit: totūq; eius cor
pus harenis tegit: nec vlluȝ īdiciū ſui pręhet: niſi ea ex par
te qua inuitatas aues vl' animalia capit. Eſt aūt flexuoſus
pluſq̄ȝ alij ſerpentes: ita vt ſpinā habere nō videatur. Sci
talis ſerpens vocatus eſt eo ꝙ tanta pręfulget tergi varie
tate: vt notarum gratia retardet aſpicientes: ⁊ quia reptan
do pigrior eſt: quos aſſequi non valet: miraculo ſui ſtupen
tes capit. Tanti autem feruoris eſt vt etiā hyemis tempo
re exuuias corporis feruētis exponat. de quo Lucanus: Et
ſcitale ſparſis etiā nūc ſola pruinis: exuuias poſitura ſuas.
Amphyhęna dicta eo ꝙ duo capita habeat: vnū ī loco ſuo:
alterū in cauda: currēs ex vtroq; capite tractu corporis cir

culato. Hęc ſola ſerpentiū frigori ſe cōmittit: prima omniū
um procedens: de qua idem Lucanus: Et grauis in gemi
num vrgens caput amphyhęna. Cuius oculi lucent veluti
lucernę. Enidris coluber in aqua viuens. Gręci eniȝ hydor
aquaȝ vocant. Hydros aquatilis ſerpens: a quo icti obtur
geſcunt: cuius quidam morbū boam dicunt: eo ꝙ fimo bo
uis remedietur. Hydra draco multoꝝ capituȝ: qualis fuit
in lerna palude prouincię archadię: hęc latine excedra dici
tur: ꝙ vno cęſo tria capita excreſcebant: ſed hoc fabuloſuȝ
eſt. Nam conſtat hydrā locum fuiſſe euomentē aquas va
ſtantes vicinam ciuitatez: in quo vno meatū clauſo multi
erumpebant. Quod hercules videns: loca ipſa exuſſit: ⁊
aquę clauſit meatus. Nam hydra ab aqua dicta eſt. Chely
dros ſerpens quaſi cherſydros dicitru: quia ⁊ in aquis ⁊ in
terris morat̄. Nā χερσον dicunt gręci terrā: υλωρ aquā
hic per quā labitur terrā fumare facit: queȝ ſic Macer de
ſcribit. Seu terga expirāt ſpumātia virus: ſeu terra fumat
teter qua labit̄ anguis: ⁊ Lucanus: Tractiq; via fumante
chelydri. Semper enim directus ambulat. Nam ſi torſe
rit ſe dum currit ſtatim crepat. Rinatrix ſerpens aquā ve
neno inficiens. In quocunq; enim fonte fuerit veneno eū
imiſcet. de quo Lucanus: Rinatrix violator aquę. Cēcris
ſerpēs inflexuoſa quę ſemper iter rectū efficit: de qua Lu
canus: Et ſemper recto lapſurus limite cēcris. Parias ſer
pens q̄ ſemper in cauda ambulat: ⁊ ſulcuȝ facere videtur:
de quo idem Lucanus: Quo cōtemptus iter cauda ſulca
re parias. Boas anguis italię imenſa molę perſequit̄ gre
ges armētorum ⁊ bubalos: ⁊ plurimo lacte irriguis vberi
bus ſe innectit: ⁊ ſuggens interimit atqȝ inde a boū popula
tiōe boas nomē accepit. Iaculus ſerpēs volās: de quo Lu
canus: Iaculiq; volucres. Exiliūt enim in arboribus ⁊ dū
aliquod animal obuiū fuerit iactāt ſe ſuper illud ⁊ ꝑimūt.
Unde ⁊ iaculi dicti ſunt. In arabia autē ſerpētes ſunt cuȝ
alis quę ſirenę vocantur: q̄ plus currūt ab equis: ſed etiaȝ ⁊
volare dicuntur: quoꝝ tm̄ virus eſt: vt morſuȝ ante mors
inſequatur q̄ȝ dolor. Obites dicta ꝙ colorez arenę habeat
de qua. poeta. Et̄ paruis pictus maculis thebanus obites
cōcolor exutis atq; indiſcretus harenis admotus. Seps
exigua ſerpēs: quę nō ſoluȝ corpus ſed ⁊ oſſa veneno conſu
mit. Cuius poeta ſic meminit: Oſſaq; diſſoluens cuȝ corpo
re tabificus ſeps. Dipſas ſerpens tantę exiguitatis fert̄: vt
cum calcatur nō videatur. Cuius venenuȝ ante extinguit
q̄ȝ ſentiatur: vt facies pręuēta morte: nec triſticiaȝ inducat
morituri: de quo poeta: Signiferū iuuenē tyrrheni ſangui
nis aulum: tortam caput retro dipſas calcata momordit.
Uix dolor aut ſenſus dentis fuit. Salpinga ſerpēs eſt quę
nō videt̄. Cęcula dicta ꝓpter ꝙ parua ſit: ⁊ nō habeat ocu
los. Centūpeda a multitudine peduȝ dicta. Brucus eſt cu
ius pene totuȝ corpus in ventre colligitur. Lacert⁹ repti
lis genus eſt: vocatus ita ꝙ brachia habeat. Genera lacer
torum plura vt botrax: ſalamandria: ſaura: ſtellio. Botra
ca dicta ꝙ ranę habeat faciem. Nam gręci ranaȝ botracā
vocant. Salamandria vocata: ꝙ contra incendia valeat:
cuius inter omnia venenata vis maxima eſt. Cętera enim
ſingulos feriunt: hęc plurimos pariter interimit. Naȝ ſi ar
bori irrepſerit: omnia poma īficit veneno: ⁊ eos q eos ede
rint occidit: qui etiam ſi vel in puteuȝ cadat vis veneni ei⁹
potantes interficit. Iſta contra incendia repugnans: ignes
ſola animaliū extinguit. Uiuit enim in medijs flāmis ſine
dolore ⁊ conſumptione: ⁊ nō ſoluȝ q2 non vritur: ſed extin
guit incendiū. Saura lacertus q̄ quādo ſeneſcit cęcantur
oculi eius: ⁊ intrat in foramen parietis aſpicientis contra
orientē: ⁊ orto ſole intendit ⁊ illuminatur. Stellio de colo
re inditū nomen habet. Eſt enim tergore pictus lucentib⁹
guttis in modū ſtellarum: de quo Ouidius: Apiumq; colo
ri nomen habet: varijs ſtellatus corpore guttis. Hic autē

Ayuntamiento de Madrid

ſcorpionibus adeo cõtrarius tradit vt viſo eo pauorez his afferat ⁊ torporez. Sũt ⁊ alia ſerpentiũ genera: vt admodi cę: elephãtię: chamedracõtes. Poſtremo quãtus nominũ tantus mortiũ numerus. Oẽs autẽ ſerpẽtes natura ſua fri gidi ſunt: nec pcutiunt: niſi quãdo caleſcunt. Nã quãdo ſũt frigidi nullum tangũt. Unde ⁊ venena eoꝝ plus die q̃ no cte nocent. Torpẽt enim noctis algore ⁊ merito: qꝛ frigidę ſunt nocturno roze. In ſe eni adducũt vaporẽ corporis ge lidę peſtis: ⁊ natura frigidę. Uñ ⁊ hyeme in nodos torquẽ tur: ęſtate ſoluuntur. Inde eſt ꝙ duz quiſq; ſerpentiũ vene no percutit: pmũ obſtupeſcit: ⁊ poſtea vbi in illo calefactũ ipſum virus exarſerit: ſtatim hominẽ extinguit. Uenenuz autẽ dictũ: eo ꝙ per venas vadit. Infuſa eniz peſtis eius p venas vegętatiõe corpis aucta diſcurrit: ⁊ animã extiguit. Unde nõ poteſt venenũ nocere niſi hominis tetigerit ſan guinez: Lucanus: Noxia ſerpẽtiũ eſt admixto ſanguine pe ſtis. Omne autẽ venenuz frigiduz eſt: ⁊ ideo aĩa quę ignea eſt fugit venenũ frigiduz. In naturalibꝰ bonis quę nobis ⁊ irrationabilibus animãtibus videmus eſſe cõmunia: viua citate quadaz ſenſus ſerpẽs excellit. Unde ⁊ legit in gene ſi: Serpẽs autez erat ſapientior omnibus pecoribus terrę. Dicit autẽ Plinius ſi creditur: ꝙ ſerpẽtis caput: etiã ſi cũ duobus euaſerit digitis nihilominꝰ viuit: Unde ⁊ totũ cor pus obycit pro capite feriẽtibus. Anguibꝰ vniuerſis hebes viſus eſt. Raro in aduerſuz contuentur: nec fruſtra: cũ ocu los nõ habeant: ſed in tẽporibus adeo vt citius audiant q̃ aſpiciãt. Nullũ autẽ animal in tanta celeritate linguã mo uet vt ſerpẽs adeo vt triplicẽ linguaz habere videatur cũ vna ſit. Serpẽtiũ humida ſunt corpora adeo vt quaq̃ eũt viã humore deſignent. Ueſtigia ſerpentium talia ſunt: vt cum pedibus carere videantur: coſtis tamẽ ⁊ ſquamarum niſibus repant: quas a ſummo gutture vſq; ad imaz aluuz parili modo diſpoſitas habent. Squamis enim quaſi vn guibus: coſtis quaſi cruribꝰ innitunt. Unde ſi in qualibet corporis parte ab aluo vſq; ad caput ictu aliquo collidat: debilis reddita curſum habere nõ poſſit: qꝛ vbicunq; ictus ille inciderit ſpinam ſoluit per quã coſtarum pedes ⁊ mo tus corporis agebantur. Serpẽtes autem diu viuere dicũ tur: adeo vt depoſita vetere tunica ſenectutem deponere: atq; in iuuentutem redire phibeantur. Tunicę ſerpentuz exuuię nuncupãtur eo ꝙ is quãdo ſeneſcunt ſeſe exuunt: quibus exuti in iuuentutem redeunt. Dicuntur autez exu uię ⁊ induuię: qꝛ exuunt ⁊ induũtur. Pythagoras dicit de medulla hominis mortui quę in ſpina eſt ſerpentez creari: quod etiam Ouidius in metamorphoſeoꝝ libris cõmemo rat dicens: Sunt qui cuz clauſo putrefacta eſt ſpina ſepul chro mutari credãt humanas angue medullas. Qđ ſi cre ditur merito euenit: vt ſicut per ſerpentẽ mors hoĩs: ita ⁊ p hominis mortem ſerpens. Fertur autem ꝙ ſerpens homi nem nudum non ſit auſus attingere.

De vermibus. Cap. V.

Vermis eſt animal qđ plęrũq; de carne vel de ligno vel de quacunq; re terrena ſine vl lo cõcubitu gignitur: lz nonnunq̃ ⁊ de ouis naſcantur vt ſcorpio. Sunt autem vermes aut terrę: aut aquę: aut aeris: aut carniũ: aut frondium: aut lignorum: aut veſtimentoꝝ. Aranea vermis aeris: ab aeris nutrimento cognominata quę exiguo corpore longa fila deducit ⁊ telę ſemper intenta: nunq̃ deſinit laborare: perpetuũ ſuſtinẽs in ſuo labore ſuſpendium. Sanguiſuga vermis aquatilis: dicta ꝙ ſanguinem ſugit. Potãtibus enim inſidiatur: cũq; illabitur faucibus vel vbi vſpiam adhęſerit ſanguinẽ hau rit: ⁊ cum nimio cruore maduerit euomit id quod hauſit: vt recentiorem denuo ſugat. Scorpio vermis terrenus: q potius vermibus aſcribitur nõ ſerpentibus: animal arma tum aculeo: ⁊ ex eo gręce vocatum: ꝙ cauda figat: ⁊ arcua to vulnere venena diffundat. Proprium eſt autez ſcorpio nis ꝙ manus palmam non feriat. Cantareda vermis ter renus qui humano corpori ſtatim vt fuerit applicatus: ſui aduſtiõe veſicas efficit plenas humore. Mltiples vermis terrenus: ex multitudine pedum vocatus: qui contra ictũ contractus in globuz complicatur. Naſcitur ſub petris ex humore ⁊ terra. Limax vermis limi dictus ꝙ in limo vel de limo naſcatur: vnde ⁊ ſordidus ſemper ⁊ imundus ha betur. Bombix frondiuz vermis ex cuius textura bomby cinum conficitur. Appellatur autem hoc nomine: ab eo ꝙ euacuetur dũ fila generat: ⁊ aer ſolus in eo remaneat. Eru ca frondium vermis oleribus vel pampino inuoluta: ab erodendo dicta: cuius meminit Plautus: Imitatus nequã beſtiam ⁊ maleficam inuolutam in pampino. Implicat ſe eadem: nec aduolat vt locuſta: vt huc illucq; diſcurrens: ſe mipaſta dimittat: ſed permanet perituris frugibus ⁊ tardo lapſu pigriſq; morſibus vniuerſa cõſumit. Teredonas grę ci vocant lignorum vermes ꝙ terendo edant. Hos nos ter mites dicimus. Ita enim apud latinos ligni vermes vocã tur quos tempore inopportuno ceſę arbores gignunt. Ti nea veſtimẽtoꝝ vermis dicta ꝙ teneat: ⁊ eo vſqz inſedeat quo erodat. Inde ⁊ pertinax: ꝙ in eandem rem idẽtidez vr geat. Uermes carnium emigraneus: lumbricus: aſcaridę: coſti: pediculi: pulices: lẽdex: tarmꝰ: ricinꝰ vſia: cimex. Emi graneus vermis capitis vocat. Lũbricus vermis iteſtino rum: dictꝰ quaſi lubricus quia labitur: vel ꝙ in lumbis ſit. Aſcaridę Coſti. Pediculi vermes cutis a pedibus dicti: vn de ⁊ pediculoſi dicuntur: quibus pediculi in corpore effer ueſcunt. Pulices vero vocati ſunt: ꝙ ex puluere magis nu triantur. Tarmus vermis eſt lardi. Ricinus vermis eſt ca nis: vocatus eo ꝙ hęret in auribus canum. Cinos eniz grę ce canis eſt. Uſia vermis eſt porci appellata quia vrit. Nã vbi momorderit: adeo locus ardet: vt ſtatim ibi veſicę fi ant. Cimex de ſimilitudine cuiuſdam herbę vocatus: cuiꝰ fetorem habet. Proprie autez vermis in carne putrefacta naſcitur. tinea in veſtimẽtis: eruca in olere: teredo in ligno: tarmus in lardo. vermis nõ vt ſerpens apertis paſſibus vl ſquamarum niſibus repit: quia non eſt illi ſpinę rigor vt co lubri: ſed indirectum corpuſculi ſui partes gradatim porri gendo contractas contrahendo porrectas motuz explicat ſicq; agitatus perlabitur.

De piſcibus. Cap. VI.

Piſces dicti vnde ⁊ pecus a paſcendo ſcilicz. Reptilia ideo dicunt hęc quę natant eo ꝙ reptandi habeant ſpeciem ⁊ naturaz: q̃uis ſe in profundum imergant: tamen in natan do repunt: vnde ⁊ Dauid ait: Hoc mare ma gnũ ⁊ ſpatioſum manibus: illic reptilia quo rum non eſt numerus. Anfinia ſunt quędã genera piſcium dicta eo ꝙ ambulandi in terris vſum: ⁊ na tandi in aquis officium habeant. Anfi enim gręce vtrunq; dicitur: id eſt quia in aquis ⁊ in terris viuunt vt focę croco dili: hippotami: hoc eſt equi fluuiales. Pecoribus autem ⁊ beſtys ⁊ volatilibus ante homines nomina impoſuerunt q̃ piſcibus: quia prius viſa ſunt ⁊ cognita. Piſciuz vero po ſtea paulatim cognitis generibus nomina iſtituta ſunt: aut ex ſimilitudine terreſtriũ animaliuz: aut ex ſpecie propria ſiue moribus: ſeu colore vel figura aut ſexu. Et ſimilitudi ne terreſtriuz: vt ranę: ⁊ leones ⁊ vituli ⁊ nigri meruli ⁊ pa ui diuerſo colore dorſo ⁊ collo picti: ⁊ turdi albouary: ⁊ cę tera quę ſibi iuxta ſpecies terreſtrium animaliuz nomina vendicarũt. Ex moribus terreſtriuz: vt canes in mari a ter renis canibus nũcupati ꝙ mordeant: ⁊ lupi ꝙ improba vo racitate alios perſequantur. A colore: vt vmbrę quia colo re vmbrę ſunt: ⁊ auratę: quia in capite auri colorem habẽt

Ayuntamiento de Madrid

⁊ varij a varietate: quos vulgo tructas vocant. A figura: vt orbis: qꝛ rotundus eſt: totuſq; in capite conſtat: ⁊ ſolea ꝙ ſit inſtar calciamentoꝝ ſolijs. A ſexu vt muſculus ꝙ ſit balenę maſculus. Ei⁹ eniʒ coitu concipere hęc belua perhibetur. Hinc ⁊ maſculi cochlearum quoꝝ lacte concipiunt oſtreę. Balenę autem ſunt imenſę magnitudinis beſtię: ab amittēdo ⁊ fundendo aquas vocatę. Cęteris enim beſtijs maris altius iaciunt vndas. βαλλειν enī gręce emittere. Cete dictę το κητοσ και τα κητη. hoc eſt ob imanitateʒ. Sunt enī ingētia genera beluarū ⁊ ęqualia montiuʒ corpora: qualis cetus excepit ionā: cuius aluus tantę magnitdis fuit: vt inſtar obtineret inferni: dicente ꝓpheta: Exaudiuit me de ventre inferni. Equi marini ꝙ prima parte equi ſūt poſtrema ſoluunt̃ in piſcē. Bocas dicunt eſſe boues marinos quaſi boacas. Cerulei a colore appellati. Nam ceruleū eſt viride cum nigro vt eſt mare. Delphines certum habēt vocabulum ꝙ voces hominū ſeqnant̃: vel ꝙ ad ſinphoniam gregatim cōueniant. Nihil in mari velocius iſtis. Naʒ plerūq; ſalientes naues tranſuolant. Quando auteʒ pręludunt in fluctibus ⁊ vndarum ſe motibus ſaltu pręcipiti ferūt: tempeſtates ſignificare vident̃. Hi ꝓprie ſimones nominantur. Eſt ⁊ delphinum genus in nilo dorſo ſerrato qui crocodilos tenera ventriū ſecantes interimunt. Porci marini qui vulgo vocantur ſuilli: qui dum eſcam quęrunt more ſuis terrā ſub aquis fodiunt. Circa guttur enim habent oris officium: ⁊ niſi roſtrū harenis imergant: paſtuʒ nō colligunt. Corui a cordis voce dicti: qꝛ grūniunt pectore: ſuaq; voce proditi capiuntur. Tinni gręcū nomen habēt. Hi ingrediuntur veris tēpore: intrant dextro latere: lęuo exeūt. Hoc inde creduntur facere ꝙ dextris oculis acutius videant q̃ ſiniſtris. Gladius dicitur: eo ꝙ roſtro maiori nato ſit ⁊ ob hoc naues ꝑfoſſas mergit. Serra nūcupata qꝛ ſerratā criſtam habet: ⁊ ſubter natans nauem ſecat. Scorpio dict⁹ qꝛ ledit dum manu tollitur. Tradunt decem cancris cum oçimi manipulo alligatis: omnes qui ibi ſūt ſcorpiones ad eum locum congregari. Aranea genus piſcis: dictus ꝙ aure feriat. Habet enī ſtimulos: de quib⁹ ꝑcutit. Crocodilus a croceo colore dictus gignit̃ in nilo: aīal q̃drupes in terra ⁊ in aquis valēs: lōgitudine plęrūq; viginti cubitoꝝ: dentium ⁊ vnguiuʒ imanitate armatū: tantaqʒ cutis duritia vt q̃uis fortium ict⁹ lapidum tergo repcuſſus ſit non ſentiat. Nocte in aquis: die in humo qeſcit. Oua in terra fouet: maſculus ⁊ fęmina vices ſeruant. Hūc piſces ꝗdam ſerratam habētes criſtā tenera ventriū deſecātes interimūt. Solus aīalibus ſuperiorē maxillā mouere dicit̃. Hippotam⁹ vocatus: ꝙ ſit equo ſimilis dorſo iuba ⁊ hinnitu: roſtro reſupinato a primis dentib⁹: cauda tortuoſa: vngulis binis. Die ī aquis cōmorat̃: nocte ſegetes depaſcit̃: ⁊ hūc nilus gignit. Pagrū quē gręci fagrū ideo nūcupāt: ꝙ duros dētes habeat: ita vt oſtreis in mari alatur. Dentrix pro multitudine et granditate dentiū dicit̃. Lepus a ſimilitudiue capitis nuncupatus. Lupū vt dictuʒ eſt auiditas appellauit piſcem in captura ingenioſum: deniq; recte circūdatus fert̃ harenas arare cauda atqʒ ita cōditus tranſire recte. Mullus vocatus ꝙ mollis ſit atq; teneriſſim⁹: cui⁹ cibo tradūt libidinē inhiberi: oculoꝝ aūt aciē hebetari: hoīes vero qui his ſępe paſti ſunt: piſcem olent. Mullus in vino necatus hi qui inde biberint tędiuʒ vini habent. Mugilis nomen hʒ: ꝙ ſit multū agilis. Nam vbi diſpoſitas ſenſerit piſcatoruʒ inſidias: cōfeſtim retrorſuʒ rediēs ita tranſilit rete: vt volare piſcem videas. Melanurus eo ꝙ nigrā caudam habeat ⁊ nigras pēnas: ⁊ in corpore lineas nigras. Melan enī gręci nigrum vocāt. Glaucus a colore dictus: eo ꝙ albus ſit. Gręci enī albū glaucū dicūt. Hic ęſtate raro apparet: niſi tm̄ ī nubilo. Timallus ex flore nomen accepit. Timū quippe flos appellat̃. Nā dum ſe ſpecie grat⁹ ⁊ ſapore iocūdus: tm̄ ſicut flos fragrat: ⁊ corpore odores aſpirat. Eſcarus dictus: eo ꝙ ſolus eſcā ruminare ꝓhibet̃. Deniq; alij piſces nō rumināt. Tradunt aūt hunc ingenioſuʒ eſſe. Namq; incluſuʒ naſſis nō frōte erūpere: nec infeſtis viminibus caput inſerere: ſʒ aduerſuʒ caudę ictib⁹ crebris laxare fores: atq; ita retorſuʒ redire. Quē luctatū eius ſi forte alius eſcarus extrinſecus videat apprehenſa mordicus cauda adiuuare niſus erūpētis. Sparus a lancea miſſili nomen accepit ꝙ eiuſdeʒ figurę ſit. Terreſtria enī prius inuenta ſunt q̃ marina. Nā ſparus eſt teluʒ ruſticanū miſſile a ſpargendo dictū. Auſtralis piſcis: ſiue qꝛ aquarū vndaʒ ore ſuſcepit: ſiue qꝛ tunc hic piſcis orit̃; quo tēpore tendere in occaſum pliades cęperint. Amio ſaxatilis dextra ſiniſtraq; lateribus virgis puniceis perpetuis: alijſqʒ diſcolorib⁹ deſignat̃: dictus amio: qꝛ non capitur niſi hamo. Echin⁹ paruus ⁊ ſemipedalis piſciculus nomē ſumpſit ꝙ nauē adhęrēdo retineat. Ruant lʒ venti ſęuiant ꝓcellę: nauis tamē quaſi radicata in mari ſtare videtur: nec moueri: nō retinendo: ſed tm̄modo adhęrendo. Hūc latini morā appellauerunt: eo ꝙ cogat ſtare nauigia. Uranuſcopus vocat̃ ab oculo queʒ in capite habet: a quo ſemper ſupra ītēdit. Millago noīatus qꝛ euolat ſuꝑ aquā. Quotiēs auteʒ cernitur extra aquā volitans: tempeſtates mutari deſignat. Squat⁹ dictus: ꝙ ſit ſquamis acutis. Unī ⁊ eius cute lignū politur. Ciuitas ſyrię quę nūc tyrus dicit̃: olim ſarra vocabat̃ a piſce quodā qui illic abūdat: quē lingua ſua ſar appellant: ex quo deriuatū eſt huius ſimilitudinis piſciculos ſardas ſardiaſqʒ vocari. Allec piſciculus ad liquorē ſalſamentoꝝ idoneus: vnde ⁊ nūcupatus. Afforus piſciculus qui ꝓpter exiguitatē hamo capi non poteſt. Anguillę ſimilitudo anguis nomē dedit: origo huius ex limo. Unde ⁊ quādo capit̃ adeo lenis eſt vt quāto fortius preſſeris: tanto citius elabit̃. Ferūt autē oriētis fluuiū gangē anguillas tricenis pedibus gignere. Anguillę vino necatę qui ex eo biberint tędiū vini habēt. Draco marin⁹ aculeos in brāchijs hʒ ad caudā ſpectātes: q̃ dū percuſſerit. quaqua ferit venenū fundit: vnde ⁊ vocat⁹. Murenā gręci mirenaʒ vocāt: eo ꝙ complicet ſe in circulos. Hanc fęminini tm̄ ſexus eſſe tradūt ⁊ cōcipe a ſerpēte: ob id a piſcatorib⁹ tanq̃ a ſerpente ſibilo euocatur ⁊ capit̃. Ictu autē fuſtis difficulter interimitur: ferula protin⁹ animā in cauda habere certum eſt. Nam capite percuſſo: vix eā interimi: cauda ſtatiʒ exanimari. Cōgrus anguillę ſimilis ſʒ grādis: morat̃ in cauernis petrarū ſub aqua. Polipus id ē mltipes: plurimos enim nexus habet. Iſte igenioſus hamū appetēs brāchijs complectit̃ non morſu: nec prius dimittit q̃ eſcā circūroſerit. Torpedo vocata: eo ꝙ corpus torpeſcere faciat: ſi eam quiſq; viuentē tangat. Narrat Plinius ſecūdus ex indico mari. torpedo etiam procul ⁊ e lōginquo: vel ſi haſta vͣgaq; attingat q̃uis pręualidos lacertos torpeſcere: quālibet ad curſum veloces pedes alligare. Tanta eniʒ vis eius eſt vt etiam aura corporis ſui afficiat membra. Sepia dicit̃: quia ſepibus intercluſa facilius capitur. In coeundo obſcęnum genus: ore enim concipit ſicut vipera. Cuius attramēti tanta vis eſt vt lucernę additū ęthiopum videri: ablato priori lumine ꝗdam tradunt. Lulligo: tradunt in oceano mauritanię nō procul a lixo flumine tantaʒ multitudineʒ lulliginuʒ euolari ex aqua vt etiā naues dimergere poſſint. Conchę ⁊ conclęę hac ex cauſa vocatę: qꝛ deficiente luna cauātur: id eſt euacuant̃. Omniū enim clauſoꝝ maris animalium atq; concharuʒ incremento lunę membra turgeſcunt defectu euacuant̃. Luna enim cū in augumento fuerit auget humorem: cū vero in defecū venerit humores minuūtur. Hoc enī phyſici dicūt. Cōchę aūt ꝑmię poſitiōis nomē: cōclęę vero per diminutionē q̃ſi cōculę. Cōcharū mlta genera ſunt: īter quas ⁊ margariti forę quę celoe dicunt̃: in q̃ruʒ carne precioſus calculus ſolidatur: de quibus tradunt

Ayuntamiento de Madrid

bi qui de animãtíuꝫ ſcripſere narrãt eo ꝙ nocturno tẽpo
re littora appetunt: ⁊ ex cęleſti rore margaritũ cõcipiunt:
vnde ⁊ celoc nominant̃. Murex concłea eſt maris: dicta
ab acumine ⁊ aſperitate: quę alio noĩe conchiliũ nominat̃
ꝓpter ꝙ circũciſa ferro lachrymas purpurei coloris emit
tat: ex quibus purpura tingit̃: ⁊ inde oſtrũ appellatum: ꝙ
hęc tinctura ex teſte humore elicit̃. Cancros vocari: q: con
che ſunt crura habẽtes: inimica oſtreis animalia. Eoruꝫ.n.
carnibus viuũt miro ingenio. Nam q̄a valida teſta ei⁹ ape
riri nõ poteſt: explorat quãdo oſtrea clauſtra teſtarũ aperi
at: tũc cancer latenter lapillũ inijcit atqꝫ impedita ꝯcluſio
ne oſtręę carnes erodit. Tradũt q̄dam decem cancris cuꝫ
oçimi manipulo alligatis omnes q̄ ibi ſũt ſcorpiones ad eũ
locũ coituros. Duo ſunt aũt genera cancrorum fluuiales ⁊
marini. Oſtrea dicta eſt a teſta quib⁹ mollicies interior car
nis munitur. Gręci enim teſtuꝫ oſtrea vocant. Oſtrea au/
tem neutro: carnes eius fęminio dicuntur genere. Muſcu
li ſunt vt prędixim⁹ conclę aquarum: quoꝝ lacte concipi/
unt oſtręę: ⁊ dicti muſculi quaſi maſculi. Pelorides a pelo/
ro promõtorio ſicilię vbi abũdant cognominatę ſunt. Vn/
de Virgilius dicit: Ecce autẽ boreas anguſta ab ſede pelo/
ri. Vngues a ſimilitudine humanarũ vnguiũ dictę. Teſtu
do dictus eo ꝙ tegmine teſte ſit adopertus in camere mo/
duꝫ. Sunt autem quattuor genera: terreſtres: maritimę:
lutarię: id eſt in cęno ⁊ paludibus viuentes. Quarũ genus
fluuiales: quę in dulci aqua viuunt. Tradunt aliqui quod
incredibile eſt: tardius ire nauigia teſtitudinis pedeꝫ dex/
truꝫ vehentia. Icinus a terreſtri icino nomen traxit: quem
vulgus heritinꝫ vocat. Huius teſtula duplex ſpinis aculea
ta in moduꝫ caſtanearũ: quãdo adhuc operte de arborib⁹
cadunt. Caro eius mollis ⁊ minio ſimilis. Vris tribus mo/
dis dicit̃: vt teſtudo ac pelorus ⁊ conclea. Nam ⁊ quod edi
mus ⁊ vbi caro ineſt: ⁊ vtrũqꝫ dicitur pelorus. Ranę a gar
rulitate vocatę eo ꝙ circa genitales ſtrepunt paludes: ⁊ ſo
nos vocis iportunis clamoribus reddant. Ex his quędam
aquaticę dicunt̃ quędam paluſtres: quędam rubetę ob id
q: in vepribus viuũt: grandiores cunctarum. Alię calami/
tes vocant̃: quoniã inter harũdines fruticeſqꝫ viuunt: mi/
nime omniũ ⁊ viridiſſimę mutę ⁊ ſine voce ſunt. Agridulę
ranę paruę in ſicco vel agris morantes: vnde ⁊ nũcupatę.
Negãt quidaꝫ canes latrare q̄bus in offa rana viua fuerit
data. Sfungia a fingere: id eſt nitidare ⁊ extergere dicta.
Afranius. Accedo ad te vt tibi ceruicẽ fingã linteo: id eſt
extergã. Cicero: Et fingebatur ſſongys ſanguis: id eſt exter
gebatur. Animal autẽ eſſe docet̃ cruore inherente petris:
vnde ⁊ dum abſcidit̃ ſanguinẽ emittit. Naꝫ alia ſunt viuẽ
tia in aquis ⁊ diſcurrũt vt piſces: alia quę ſtãt fixa vt oſtręę
icini ſſungię. Ex his alias mares dici: eo ꝙ tenues ſint fiſtu
lę ſpiſſioreſqꝫ: alias fęminas quę maiorib⁹ fiſtulis ſunt ac ꝑ
petuis: alias duriores q̄s gręci appellant tragos: ⁊ nos hir/
coſas dicere poſſumus ob aſperitatẽ ſui. Molliſſimũ gen⁹
earũ penicilli vocant̃: eo ꝙ aptę ſint ad occuloꝝ tumores:
⁊ ad extergẽdas lippitudines vtiles. Candidę ſfungię cura
fiunt. Per ęſtatẽ enim ad ſolem ſternũtur: ⁊ ſicut cęra pu
nica candorem bibunt. Animalium omniũ in aquis viuen
tium nomina. c. xliij. Plinius ait: Diuiſa in generib⁹ bęlua
rum ſerpentiũ cõmuniũ terrę: ⁊ aquę cancroꝝ concharuꝫ
locuſtarũ pelerodum polipporum ſolearuꝫ lacertorum et
lulliginum: ⁊ his ſimilia: ex quibus multa quodam naturę
intellectu temporum ſuorum ordinem agnoſcunt: quędaꝫ
vero in ſuis locis ſine mutatione vagantur. In piſcibus au
tem fęminis alię cõmixtione maſculi concipiunt ⁊ pariunt
catulos. alię ponunt oua ſine maſculi cõmixtione ſuſcepta
quę ijdem in ſequenti ſui ſeminis iactu perfundunt: ⁊ quę
hoc munere fuerint afflata generabilia fiunt: quę vero per
fuſa non fuerint ſterilia perſeuerant: aut putreſcunt.

De auibus. Cap. VII.

Vnum nomen auium: ſed genus diuerſum.
Nam ſicut ſpecie ſibi differunt: ita ⁊ natu/
rę diuerſitate. Nã alię ſimplices ſunt vt co
lumbę: alię aſtutę vt perdix: alię ad manũ
ſe ſubijciunt vt accipiter: alię reformidant:
vt garamãtes: alię hominũ ꝯuerſatione de/
lectant̃ vt hirundo: alię in deſertis ſecretã
vitam diligũt vt turtur: alię ſolo ſemine reperto paſcunt̃.
vt anſer: alię carnes edunt ⁊ rapinis intendunt vt miluus:
alię incolę quę manent in locis ſemper vt ſtructio: alię ad/
uenticie quę ꝓprijs tẽporibus reuertunt̃ vt ciconię ⁊ hirũ
dines: alię congregę. i. gregatim volantes vt ſturni ⁊ cotur
nices: alię ſoliuage. i. ſolitarię: ꝓpter inſidias deprędandi:
vt aquila accipiter: ⁊ q̄cunqꝫ ita ſunt. alię vocibus ſtrepunt
vt hirundo: alię cantus edunt dulciſſimos vt cygnus ⁊ me
rula: alię verba ⁊ voces hominũ imitant̃ vt pſitac⁹ ⁊ pica.
ſed ⁊ alia ſicut genere ita ⁊ morib⁹ innumerabilia. Nã volu
cruꝫ quot genera ſunt: inuenire quẽqꝫ nõ poſſe. Neqꝫ eniꝫ
oĩs indię ęthiopię aut ſcythię deſerta quis penetrare potu/
iſſet: qui earum genus vł differentias noſſet. Aues dictę eo
ꝙ vias certas nõ habeãt: ſed per auia quęqꝫ diſcurrãt. Ali
tes ꝙ alis ad alta tendãt: ⁊ ad ſublimia remigio alaruꝫ con
ſcendãt. Volucres a volãdo: nam vñ volare: inde ⁊ ambula
re dicim⁹. Vola eñi dicit̃ media pars pedis ſiue man⁹: ⁊ in
auibus vola pars media alarũ: quarũ motu pẽne agitant̃.
Inde ⁊ volucres. Pulli dicunt̃ oĩum auiũ nati. Sed ⁊ ani
maliũ quadrupedũ nati pulli dicunt̃: ⁊ homo paruus pul
lus. Recẽtes igit̃ nati pulli dicunt̃: eo ꝙ polluti ſunt: vñ ⁊
veſtis nigra pulla dicta eſt. Alię ſunt in q̄bus pẽnę per ordĩ
nem fixę volandi exhibent vſum. Vocatę autẽ alę ꝙ his
aues cõplexos alant: ac foueãt pullos. Pẽna a pẽdendo. i.
a volãdo dicta: vñ ⁊ pẽdere. Volucres eñi pẽnaruꝫ auxilio
mouent̃ qñ ſe aeri mandãt. Pluma q̄ſi piluma. Naꝫ ſicut
pili in quadrupedũ corpore: ita pluma in auibus. Auiũ no
mina mł̃ta a ſono vocis conſtant eſſe cõpoſita: vt grus: cor
uus: cygnus: pauo: milu⁹: vlula: cuculus: graculus: ⁊ cętera.
varietas eñi vocis eoꝝ docuit hoĩes q̄d noĩarent̃. Aq̄la ab
acumine oculorũ vocata. Tãti eñi cõtuit⁹ eſſe dicit̃ vt cuꝫ
ſuꝑ maria ĩmobili pẽna ferat̃: nec humanis pateat obtutĩ
bus. de tanta ſublimitate piſciculos natare videat: ac tor
menti inſtar deſcẽdens raptã prędam pẽnis ad littus ꝑtra
hat. Nã ⁊ cõtra radiũ ſolis fert̃ obtutũ nõ flectere: vnde ⁊
pullos ſuos vngue ſuſpenſos radijs ſolis obijcit: ⁊ quos vi
derit immobilem tenere aciem: vt dignos genere ꝯſeruat
ſi quos vero inflectere obtutum quaſi degeneres abijcit.
Vultur a volatu tardo nominata putatur. Magnitudine
quippe corporis pręꝑetes volatus nõ habet. Harũ quaſdã
dicunt concubitu non miſceri: ⁊ ſine copula concipere ⁊ ge
nerare natoſqꝫ earum pene vſqꝫ ad centuꝫ annos procede
re. vultures autem ſicut ⁊ aquilę etiam vltra maria cada
uera ſentiunt. Altius quippe volantes mł̃ta quę montium
obſcuritate celantur ex alto illę cõſpiciunt. Gradipes apȯ
gręcos vocatur auis apud nos tarda: eo ꝙ graui volatu de
tenta nequaq̄ꝫ vt cęterę volucres attollitur velocitate pẽ
narũ. Grues vero nomẽ de propria voce ſumpſerunt. Talĩ
eñi ſono ſuſurrant. Hę autẽ dum ꝓperant: vnã ſequunt̃ or
dine litterato. de q̄bus Lucan⁹. Et turbata perit diſperſis
littera pẽnis. Excelſa autem petũt: quo facili⁹ videant q̄s
petãt terras. Caſtigat aũt voce quę cogit ad agmẽ. At vbi
rauceſcit: ſuccedit alia. Nocte aũt excubias diuidũt ⁊ ordĩ
nẽ vigiliarũ per vices faciũt: tenẽtes lapillos ſuſpẽſis digi
tis: q̄bus ſomnos arceãt: quod canẽdũ erit clamor ĩdicat.
Etatem in illis color prodit. Naꝫ ſenectute nigreſcunt. Ci
conię vocatę a ſono quo crepitant: quaſi cicanię quem ſo
num oris potius eſſe conſtat q̄ꝫ vocis: q: eũ q̄tiente roſtro

Ayuntamiento de Madrid

facіunt. Hęc veris nuncię: ſocietatis comites: ſerpentiũ ho
ſtes: maria trãſuolant: in aſiam collecto agmine pergunt.
Cornices duces eas ꝓcedunt: ⁊ ipſe quaſi exercitꝰ ꝓſequũ
tur. Eximia illis circa filios pietas. Nam adeo nidos impẽ
ſius fouent: vt aſſiduo in cubitu plumas exuant. Quantuꝫ
autem tẽpus impẽderint in fętibꝰ educãdis: tãtũ ⁊ ipſe inui
ceꝫ a pullis ſuis alunť. Olor auis eſt quã gręci cignũ appel
lant. Olor autẽ dictus ꝙ ſit totꝰ plumis albꝰ. Nullus eniꝫ
meminit cignuꝫ nigrũ. Olon. n. gręce totum diciť. Cygnus
autẽ a canendo eſt appellatꝰ eo ꝙ carminis dulcedinẽ mo
dulatis vocibꝰ fundit. Ideo aũt ſuauiter eũ canere dicunt:
qꝛ collũ longũ ⁊ inflexũ habet: ⁊ neceſſe eſt eluctantẽ vocẽ
per longũ ⁊ flexuoſum iter varias reddere modulationes.
Ferunt in hyperboreis partibus ꝓcinentibꝰ citharędis olo
res plurimos aduolare: apteꝗ ad modũ cõcinere. Olores
autẽ latinũ nomẽ eſt: nã gręce cygni dicunť añ. Nautę vo
ſibi hũc bonã ꝓgnoſim facere dicũt: ſicut Emiliꝰ ait: Cygnꝰ
in auſpicijs ſemp lętiſſimus ales. Hunc optant natę: qa ſe
non mergit in vndas. Strutio gręco nomine diciť: qđ aĩal
in ſimilitudine auis pẽnas habere videť: tamẽ de terra al
tius non eleuať. Oua ſua fouere negligit: ſed ꝓiecta tm̃mo
do fotu pulueris animanť. Ardea vocata: quaſi ardua: id ẽ
ꝓpter altos volatꝰ. Lucanꝰ. Qđꝗ auſa volare ardea: For
midat enim imbres: ⁊ ſupra nubes euolat: vt ꝓcellas nubi
um ſentire nõ poſſit. Cũ autẽ altius volauerit ſignificat tẽ
peſtatem. Hanc multi tẽtalũ nominãt. Fęnix arabię auis
dicta ꝙ colorẽ fęnicеum habeat: vel ꝙ ſit in toto orbe ſin
gularis ⁊ vnica. Nam arabes ſingularẽ ⁊ vnicã fęniceꝫ vo
cant. Hęc qngentis ⁊ vltra annis viuẽs: dũ viderit ſe ſenu
iſſe: collectis aromatũ virgultis: rogũ ſibi inſtruit: ⁊ cõuer
ſa ad radiuꝫ ſolis alarũ plauſu voluntariũ ſibi incendiũ nu
trit: ſicqꝫ iterũ de cineribus ſuis reſurgit. Cinnomolgus et
ipſa arabię auis proinde ita vocata ꝙ in excelſis nemoribꝰ
texit nidos ex fruticibus cinnami: ⁊ qm̃ nõ poſſunt ibi con
ſcẽdere hoĩes ꝓpter ramoꝝ altitudinẽ ⁊ fragilitatẽ: eoſdẽ
nidos plumbatis appetũt iaculis: ac ſic cinnama illa depo
nunt: ⁊ ꝓtijs amplioribus vendũt: eo ꝙ cinnamũ illud ma
gis q̃ꝫ alia mercatores ꝓbent. Pſitacus in indię littoribus
gigniť colore viridi: torque puniceo: grãdi lingua ⁊ cęteris
auibus latiore. Unde ⁊ articulata verba exprimit: ita vt ſi
eam nõ videris hominẽ loqui putes. Ex natura aũt ſalutat
dicens: aue vľ chere. Cętera noĩa inſtitutione diſcit: hinc ẽ
eſt illud: Pſitacus a vobis alioꝝ nomina diſcã. Hoc didi
ci per me dicere cęſar aue. Altion pelagi volucris dicta q̃ſi
ales oceanea eo ꝙ hyeme in ſtagnis oceani nidos facit pul
loſꝗ educit: qua excubante ferť extẽto equore pelagus ſi
lentibus ventis continua ſeptẽ dierũ trãquillitate miteſce
re: ⁊ eius fętibus educãdis obſequiũ ipſa reruꝫ natura ꝓbe
re. Pellicanus auis ęgyptia habitans in ſolitudine nili flu
minis. vnde ⁊ nomẽ ſumpſit. Nam canopus ęgyptꝰ diciť.
Fertur ſi verũ ſit eam occidere natos ſuos: eoſꝗ per tridu
um lugere: deinde ſeipſam vulnerare ⁊ aſperſione ſui ſan
guinis viuificare filios. Stymphalidę aues ab ſtympha
dibus inſulis appellatę vbi plurimũ abundãt: aduerſus q̃s
hercules ſagittis eſt vſus. Sũt enĩ pelagi volucres in inſu
lis habitantes. Diomedias aues a ſocijs diomedis appella
tas: quos ferunt fabulę in eaſdem volucres fuiſſe ꝯuerſos:
forma fulice ſimiles: magnitudinę cygnoꝝ colore cãdidos
duris ⁊ grandibus roſtris. Sunt aũt circa apuliã in inſula
diomedia inter ſcopulos littorum: ⁊ ſaxa volitãtes: iudicãt
inter ſuos ⁊ aduenas. Nam ſi gręcus eſt propius accedunt
⁊ blandiunť: ſi alienigena: morſu impugnãt ⁊ vulnerant: la
chrymoſis quaſi vocibus dolẽtes: vel ſuã mutationẽ vľ re
gis interitum. Nam diomedes ab illyrijs interemptus eſt:
Hę aues latię diomedię dicunť: gręci eas herodios dicũt.
Memnonides aues ęgyptię appellatę a loco vbi mẽnon
perijt. Nam cateruatim ꝯuolare dicunť ex ęgypto ad iliũ
iuxta mẽnonis ſepulchrum: ⁊ proinde eas ilieſes mẽnoni
as vocant. Quinto autem anno ad ilium veniunt: ⁊ cuꝫ bi
duo circunuolauerint: tertia die ineuntes pugnã viciſſim
ſe vnguibus roſtriſꝗ dilacerant. Hercynee aues dictę ab
hercynio ſaltu germanię vbi naſcũtur: quaruꝫ pẽnę adeo
per obſcurum emicant: vt q̃ꝫuis nox obtẽta dẽſis tenebris
ſit: ad pręſidiũ itineris dirigendi proiectę interluceant: cur
ſuſꝗ vię pateat indicio plumaruꝫ fulgentiũ. Onocrotalon
gręci vocant roſtro longo. Quoruꝫ duo genera ſunt: aliud
aquatile: aliud ſolitudinis. Ibis auis nili fluminis: quę ſe
metipſam purgat roſtro in anũ aquam fundẽs. Hęc ſerpẽ
tium ouis veſcitur: ex eis eſcaꝫ gratiſſimã nidis ſuis depor
tans. Meropes eoſdem ⁊ gaulos: q parentes ſuos recũde
re atqꝫ alere dicuntur. Coredulus genus volatile: quaſi cor
edens. Monedula auis: quaſi monecula: q̃ cũ aurũ inuene
rit: aufert ⁊ occultat. Cicero pro valerio flacco. Non plus
aurũ tibi q̃ꝫ monedulę cõmittendũ. Ueſpertilio: pro tẽpo
re nomen accepit: eo ꝙ lucẽ fugiens crepuſculo veſpertino
circũuolat pręcipiti motu acta: ⁊ tenuiſſimis brachiorum
membranis ſuſpenſa: animal muriuꝫ ſimile: non tam voce
reſonans q̃ꝫ ſtridore: ſpecie quoqꝫ volatilis ſimul ⁊ quadru
pes: qđ in alijs auibꝰ reperiri nõ ſolet. Luſcinia inde nomẽ
ſumpſit ꝙ cantu ſuo ſignificare ſolet diei ſurgentis exortũ:
q̃ſi lucinia. Eadem ⁊ acredula: de qua Cicero in prognoſti
cis. Et matutinos exercet acredula cantꝰ. Ulula auis. απο
του ολολυζειν: id eſt planctu ⁊ luctu nominata. Cuꝫ eniꝫ
clamat aut fletũ imitať: aut gemitũ. Unde ⁊ apđ angures
ſi lamentetur triſtitiam: tacẽs oſtendere fertur proſperita
tem. Bubo a ſono vocis compoſitũ nomẽ habet: auis fera
lis: onuſta qdem plumis: ſed graui ſemper detenta pigritia
in ſepulchris die noctuꝗ verſatur ⁊ ſemper commorãs in
cauernis: de qua Ouidiꝰ: Fędaꝗ ſic volucris venturi nũ
cia luctus. Ignauus bubo dirum mortalibꝰ omen. Deniꝗ
apud augures malum portendęre fertur. Nam cum in vr
be viſa fuerit ſolitudinem ſignificare dicunt. Noctua dici
tur pro eo ꝙ nocte circunuolat: ⁊ per diem non poſſit vide
re. Nam exorto ſplẽdore ſolis: viſus illius hebetatur. Hãc
autem inſula cretenſis non habet. Et ſi veniat aliunde: ſta
tim moritur. Noctua autem non eſt bubo. Nam bubo ma
ior eſt. Nicticorax ipſa eſt noctua: qa noctem amat. Eſt enĩ
auis lucifuga ⁊ ſolem videre non patitur. Strix nocturna
auis habens nomen de ſono vocis. Quando enim clamat
ſtridet. De qua Lucanus: Quod ſtrepitꝰ bubo: qđ ſtrix no
cturna queruntur. Hęc auis vulgo amma dicitur ab aman
do paruulos: vnde ⁊ lac pręhere fertur naſcẽtibus. Coruꝰ
ſiue corax nomen a ſono gutturis habet ꝙ voce coracinet.
Fertur hęc auis ꝙ editis pullis eſcam plene non pręheat
priuſq̃ꝫ in eis per pennarum nigredinem ſimilitudinem ꝓ
prij coloris agnoſcat. Poſtq̃ꝫ vero eos tetros plumis aſpe
xerit in toto agnitos abundantius paſcit. Hic prior in cada
ueribus oculorum petit loca. Cornix annoſa auis apud la
tinos gręco nomine appellatur: quaꝫ aiunt augures homi
num curas ſignificationibus agere: inſidiarum vias mon
ſtrare: futura pręđicere. Magnum nefas hoc credere: vt
deus conſilia ſua cornicibus mandet. Huius inter multa
auſpicia tribuunt etiam pluuias portendere vocibus: vn
de eſt illud. Tũc cornix plena pluuiam vocat improba vo
ce. Graculus a garrulitate nuncupatus: non vt quidam vo
lunt: pro eo ꝙ gregatim volent: cum ſit manifeſtum ex vo
ce eum nuncupari. Eſt autem loquaciſſimuꝫ genus ⁊ voci
bus importunũ. Picę quaſi poetice: ꝙ verba indiſcrimĩe
vocis exprimant vt homo. Per ramos enim arboꝝ pẽdu
le importuna garrulitate ſonantes: ⁊ ſi linguas in ſermone
nequeunt explicare: ſonuꝫ tamen humanę vocis imitanť.
De qua congrue qdam ait. Pica loquax certa dñꝫ te voce

Ayuntamiento de Madrid

ſaluto.Si me non videas eſſe negabis auez. Picus a pico
ſaturni filio nomen ſumpſit:eo ꝙ in ea auſpicijs vtebatur.
Nā ferūt hāc auē quiddā habere diuinū illo iudicio:ꝙ i q̄/
cunqꝫ arbore nidificauerit:clauū vel qcqd.aliud fixū fue/
rit:diu herere nō poſſit:qn ſtatim excidat:vbi ea inſederit:
iſte eſt picus marti⁹:nā alia eſt pica. Pauo nomen de ſono
vocis habet:cui⁹ caro tam dura eſt:vt putrediné vix ſenti/
at:nec facile coquat̄:de quo qdā ſic ait: Miraris quotiens
gēmantes explicat alas: ſi potes hūc ſeuo tradere dure co
co. Faſian⁹ a faſide inſula grecie vnde ꝑmū aſportat⁹ ē ap
pellat̄. Teſtatur id vet⁹ diſticon illud. Argiua ꝑmo ſuz trā
ſportata carina. Ante mihi notū nil niſi faſis erat. Gallus a
caſtratione vocat⁹. Inter ceteras eni aues huic ſoli teſticu
li adimunt̄. Ueteres eni abſciſos gallos vocabāt. Sic aūt
a leone leena:ꝛ a dracone dracena: ita a gallo gallina. Cui⁹
mēbra:vt ferūt quidā: ſi auro liqueſcēti miſceant̄ cōſumi.
Anas ab aſſiduitate natādi aptū nomē accepit. Ex quo ge
nere qdaz germane dicunt̄: ꝙ plus ceteris nutriant. Anſe
ris nomen anas dedit per deriuationē vel a ſimilitdine:vl̄
ꝙ ꝛ ipſa natādi frequētiaz habeat. Iſte vigilias noctis aſſi
duitate clangoris teſtat̄. Nullū aūt aīal ita odorē hoīs ſen
tit vt anſer:vnde ꝛ clangore eius galloꝝ aſcenſus in capito
lio dep̄hēſus eſt. Fulica dicta ꝙ caro eius leporinā ſapiat.
Lagos eni lepus dr̄:vñ ꝛ apud grecos lagos dr̄. Eſt.n.auis
ſtagnēſis:habēs nidū in medio aque vel in petris q̄s aque
circundāt:maritimoqꝫ ſemꝑ delectat̄ ꝓfundo. Que dū tē
peſtatē ꝑſenſerit:fugiēs in vado ludit. Mergus ab aſſidui
tate mergēdi nomē hꝫ. Sepe autē dimiſſo in ꝓfundū capi
te aurarū ſigna ſub fluctib⁹ colligūt:ꝛ ꝓuidētes equoris tē
peſtatē cū clamore ad littora tēdūt. Nā in pelago iam gra
uiſſimā eſſe tēpeſtatē cōſtat cū ad littora mergi cōfugerit.
Accipiter auis aīo plus armata q̄ʒ vngulis: virtutē maiorē
in minori corpore geſtans. Hec ab accipiendo.i.capiendo
nomē ſumpſit. Eſt enim auis rapiendis alijs auibus auida:
ideoqꝫ vocat̄ accipiter: hoc eſt raptor. vñ ꝛ paulus aplus
dicit: Suſtinetis.n.ſi qs vos accipit. Ut eni diceret ſi quis
rapit.dixit:ſi qs accipit. Fertur aūt accipitres circa pullos
ſuos īpios eē. Nā duz viderint eos poſſe tētare volat⁹ nul/
las eis ꝑbent eſcas:ſꝫ verberāt pēnis,ꝛ a nido ꝑcipitāt:atqꝫ
a tenero cōpellūt ad ꝑdā: ne forte adulti pigreſcāt. Capus
Italia lingua dicit̄ a capiēdo. Hūc noſtri falconē vocāt:eo
ꝙ incuruis digitis ſit. Miluus mollis ꝛ virib⁹ ꝛ volatu: q̄/
ſi mollis auis: vnde ꝛ nūcupat̄: rapaciſſimus tñ:ꝛ ſemꝑ do/
meſticis auib⁹ inſidiat̄. Oſſifrangus vulgo appellat̄ auis q̄
oſſa ab alto dimittit ꝛ frāgit. Uñ ꝛ a frāgēdo oſſa nomē ac/
cepit. Turt̄ de voce vocat̄ auis pudica ꝛ ſemꝑ in mōtiū iu
gis ꝛ in deſertis ſolitudinib⁹ cōmorās. Tecta.n.hoiuz ꝛ cō
uerſationē fugit ꝛ cōmorat̄ in ſiluis. Que etiā hyeme dꝑlu
mata in trūcis arboꝝ cōcauis habitare ꝑhibet̄. Cuius ecō/
trario colūba hoſpitia humana diligit: domoꝝ ſemꝑ blan
da inhabitatrix. Colūbe dicte ꝙ earū colla ad ſingulas cō
uerſiones colores mutēt: aues māſuete ꝛ in hoium m̄ltitu
dine cōuerſantes ac ſine felle: q̄s antiqui venereas nuncu
pabāt eo ꝙ nidos frequētent:ꝛ oſculo amorē cōcipiāt. Pa
lumbes:eo ꝙ ſint farte pabulo q̄s vulgus titos vocat:auis
caſta ex morib⁹ appellat̄ ꝙ comes ſit caſtitatis. Naz dicit̄
ꝙ amiſſo corporali cōſortio ſolitaria icedat:nec carnalē co
pulā vltra requirat. Perdix de voce nomē habꝫ:auis doloſa
atqꝫ imūda. Nā maſculus in maſculū inſurgit: ꝛ obliuiſcit̄
ſexuz libido preceps. Adeo aūt fraudulēta:vt alteri oua di
ripiēs foueat:ſed fraus fructū nō hꝫ. Deniqꝫ dū pulli ꝓprie
vocē genitricis audierint:nāli quodā iſtinctu: hāc que eos
fouit relinquūt:ꝛ ad eandē que genuit reuertunt̄. Coturni
ces a ſono vocis dicte: q̄s greci ortigias vocāt eo ꝙ viſe fue
riut ꝑmū in ortygia inſula. He aduenieēdi habēt tpa. Nam
eſtate depulſa maria trāſmeant. Ortigometra dicit̄ auis q̄
gregē ducit:eā terre ꝓpinquantē accipiter videns rapit:ac
ꝓpterea cura eſt vniuerſis ducē ſollicitare externi generis
per quam caueant prima diſcrimina. Cibos gratiſſimos ha
bent ſemina venenoꝝ quam ob cauſam eas veteres veſci
interdixerūt. Soluz eniꝫ hoc animal ſicut ꝛ homo caducū
patitur morbuꝫ. Upupaz greci appellant:eo ꝙ ſtercora hu
mana conſideret:ꝛ fetenti paſcat̄ fimo auis ſpurciſſima cri
ſtis extantibus galeata: ſemꝑ in ſepulchris ꝛ humano ſter
core cōmorans. Cuius ſanguine ſi ſe quiſqꝫ inunxerit: dor
mitum pergens:demones ſuffocantes ſe videbit. Tuquos
quos hiſpani cuculos vocant:a ꝓpria voce cōſtat noiatos.
Hi veniēdi tempus habent.miluorū ſcapulis ſuſcepti: pro
pter breues ꝛ paruos volatus: ne per longa aeris ſpacia fa
tigati deficiant:horū ſaliue cicadas gignunt. Oua paſſeris
nido reperta comedit ꝛ ſua obycit:que ille ſuſcepta ꝛ fouet
ꝛ nutrit. Paſſeres ſūt minuta volatilia a paruitate vocata
vnde ꝛ puſilli ꝛ parui. Merula antiquit⁹ medula vocaba
tur:eo ꝙ moduletur. Alij merulā vocatā aiunt: qꝛ ſola volat
q̄ſi mera volans. Hec cū in oībus locis nigra ſit: in achaia
candida eſt. Hirundo dicta ꝙ cibos non ſumat reſidens:
ſed in aere capiat eſcas ꝛ edat:garrula auis ꝛ per tortuoſos
orbes ꝛ flexuoſos circuitus ꝑuolans: ꝛ in nidis cōſtruēdis
educandiſqꝫ fetib⁹ ſolertiſſima: habens etiā quiddam pre
ſcium: ꝙ lapſura deſerat:nec appetat culmia:alijs quoque
auibus nō impetit̄:nec vnq̄ʒ preda ē:maria trāſuolat ibiqꝫ
hyeme cōmorat̄. Turdi a tarditate dicti. Hyemis eni cō
finio ſe referunt. Turdela quaſi maior turdus: cui⁹ ſterco
re viſcū generari putat̄. Unde ꝛ ꝓuerbiū apud antiquos
erat:malū ſibi auez cacare. Furfurio vocatus: ꝙ prius far
re in farinā redacto paſceret̄. Ficedule dicte ꝙ fic⁹ magis
edant. Quod pandit̄ verſiculo veteri illo: Cū me ficus alat
cum paſcar dulcib⁹ vuis. Cur potius nomen nō dedit vua
mihi? Carduellus q; ſpinis ꝛ carduis paſcitur. Unde etiaz
apud grecos achantis dicta eſt:ab achātis.i.ſpinis: quibus
alitur. Augures autem dicunt ꝛ in geſtu:ꝛ in motu: ꝛ in vo
latu:ꝛ in voce:auium ſigna eſſe cōſtituta. Oſcines aues vo
cant que ore cantuqꝫ auſpicium faciunt: vt coruus:cornix:
picus. Alites que volatu oſtendere futura videntur:que ſi
aduerſe ſunt inhibe dicuntur ꝙ inhibeant.i.vetent: ſi pro
ſpere prepetes:ꝛ ideo prepetes:qꝛ omnes aues priora petūt
volātes. Tertiā faciunt ſpeciē augurioruꝫ in auibus quaꝫ
cōmuneꝫ vocāt:ex vtroqꝫ permixtā.i.cuꝫ aues ex ore ꝛ vo
latu auguria faciunt: ſed fides non habet. Omniū autē ge
nera volucrum bis naſcuntur. Primū eni oua gignunt̄: in
de calore materni corporis formant̄ ꝛ animant̄. Oua autē
dicta ab eo ꝙ ſint vuida. Unde ꝛ vua:eo ꝙ intrinſecus hu
more ſit plena. Nā humidū eſt qđ exteri⁹ humorē habet:
vuiduꝫ qđ interius. Quidaz aūt putant ouū grecā habere
originem nominis. Illi autē dicūt oa.u littera ablata. Oua
autē quedaz inani vento cōcipiuntur:ſed non ſunt genera
bilia niſi que fuerint concubitu maſculino cōcepta ꝛ ſemi
nali ſpiritu penetrata. Quoruꝫ vim tantaz dicunt:vt lignū
ꝑfuſuꝫ ex eo non ardeat:ac ne veſtis quidē cōtacta adurat̄.
Admixta quoqꝫ calce glutinare fertur vitri fragmenta.

¶ De minutis volatilibus. Cap. VIII.

Apes dicte vel ꝙ ſe pedibus inuicē alligent
vel pro eo ꝙ ſine pedibus naſcant̄. Naz po
ſtea ꝛ pedes ꝛ pēnas accipiūt. He ſolertes ī
generandi mellis officio aſſignatas incolūt
ſedes:domicilia inenarrabili arte cōponūt
ex varijs floribus fauū condunt:textiſqꝫ ce
ris īnumera prole caſtra replent: exercituꝫ
ꝛ reges habent:prelia mouent:fumū fugiūt: tumultu exa/
ſperantur. Has pleriqꝫ experti ſunt naſci de boū cadaueri/
bus. Nā ꝑ his creādis vituloꝝ occiſoꝝ carnes verberant̄:
vt ex putrefacto cruore vermes creent̄ q poſtea efficiunt̄

Ayuntamiento de Madrid

apes. Proprie tamē apes vocanť ortę de bob⁹ ſicut crabro
nes de eq̄s: fuci de mulis: veſpę de aſinis. Caſtros greci ap/
pellant: qui in extremis partib⁹ fauoꝝ maiores creanť: q̄s
aliqui reges putant: dicti ꝙ caſtra ducant. Fucus eſt maior
ape: crabrone minor. Dictus autem fucus: ꝙ alienos labo
res edat: quaſi fagus. Depaſcitur enim qđ nō laborauit de
quo Uirgili⁹: Ignauuꝫ fucos pecus a pſepibus arcet. Cra/
brones vocati a cabo. i. caballo ꝙ ex his creenť: ſicut auteꝫ
crabrones naſcunť de equoꝝ carnibus putridis: ita ex eis
ſepe naſcunť ſcarabei: vnde ⁊ cognominati ſunt. Tauri vo
cantur ſcarabei terreſtres ricino ſiles. Bupreſtis aial ē par
uum: ſimillimū in Italia ſcarabeo. longipedū. Gallit inter
herbas boue maxime: vnde ⁊ nomeꝫ hꝫ: deuoratūqꝫ tacto
felle ita inflāmat vt rūpat. Cicēdela ſcarabeoꝝ gen⁹ eſt: eo
ꝙ gradiens vel volās lucet. Blattę a colore nūcupatę: ſig/
dem ⁊ cōprehēſę manū tingunt: vn̄ ⁊ blatteū colorē dicunt
Hoc aūt aial lucē videre nō patiť cōtrariū muſcę. Nā mu
ſca lucipeta: ⁊ blatta lucifuga ē. Per noctē eni tm̄ ambulat
Papiliones auiculę ſūt q̄ maxime abūdant florētib⁹ mal/
uis: quiqꝫ vermiculos ſtercore ſuo faciūt naſci. Locuſta ꝙ
pedib⁹ ſit longis veluti haſta: vn̄ ⁊ eā gręci tam maritimaꝫ
q̄ꝫ terreſtrē aſtagon appellant. Cicades ex cuculoꝝ naſcun
tur ſputo. Hę in Italia apud reginos multę ſunt: nec vſqꝫ
alibi. Muſca ex gręco venit: ſicut ⁊ mus. hęc ſicut ⁊ apes
necatę in aqua aliquotiēs poſt vni⁹ horę ſpatiū reuiuiſcūt.
Cinomia gręce vocať. i. muſca canina. Naꝫ cinos gręce ca
nis vocať. Culex ab aculeo dict⁹ ꝙ ſanguinē ſugat. Hꝫ eni
in ore fiſtulā in modū ſtimuli: q̄ carnē terebrat vt ſanguinē
bibat. Scinifes muſcę minutiſſimę ſūt: ſꝫ aculeis permole
ſtę: qb⁹ tertia plaga ſuperb⁹ ppl's egyptioꝝ cęſus ē. Oeſtrus
animal armentis aculeis pmoleſtū. Oeſtrū autē grecū eſt:
qđ latine aſilus vulgo tauan⁹ vocať. Bibiones ſūt q̄ in vi/
no naſcunť: quos vulgo muſciones a muſto appellāt. vn̄ ⁊
Afrani⁹: Cū ad me ſpectas ⁊ fabulari incipis: ex ore in ocu
lis tuis bibiones inuolāt. Gurgulio dicť: quia pene nihil ē
aliud niſi guttur.

¶ Prefaciuncula in librum ſequentem.

In hoc libello quaſi in quadā breui tabula quaſdaꝫ
celi cauſas ſituſqꝫ terrarū ⁊ maris ſpatia annotaui/
mus: vt in modico lector ea pcurrat: ⁊ compendioſa
breuitate etymologias eoꝝ cauſaſqꝫ cognoſcat.

¶ Incipit liber tertiuſdecim⁹. De mūdo. Cap. I.

Mundus eſt celū
terra: mare: ⁊ quę in eis ſūt
opera dei: de quo dicť: Et
mūdus per eum factus eſt.
Mundus latine a philoſo/
phis dicť ꝙ in ſempiterno
motu ſit: vt celuꝫ: ſol: luna:
aer: maria. Nulla eni requi
es ei⁹ elementis cōceſſa eſt:
ideoqꝫ ſemp i motu ē. Un̄
⁊ aialia Uarrōi videnť ele
mēta qm̄ p ſemetipſa ingr
mouēť. Greci vo nomē mū
do de ornamēto accōmadauerūt pp diuerſitatē elemētoꝝ
⁊ pulchritudinē ſyderū. Appellať. n. apđ eos coſmos qđ ſi/
gnificat ornamētū. Nihil eni mūdo pulchri⁹ oculis carnis
aſpicim⁹. Quattuor aūt eē ꝯſtat climata mūdi. i. plagas: ori
entē ⁊ occidentē: ſeptētrionē ⁊ meridiē. Oriens ab exortu
ſolis eſt nūcupat⁹. Occidēs: ꝙ diē faciat occidere atqꝫ īte/
rire: Abſcōdit. n. lumē mūdo ⁊ tenebras ſupinducit. Septē
trio autē a ſeptē ſtellis axis vocať q̄ in ipſo reuolutę rotan
tur. Hic ꝓprie ⁊ vertex dicť: eo ꝙ vertitur: ſicut poeta ait:
Uertiť interea celū. Meridies vel q2 ibi ſol faciat mediū
diē q̄ſi medidies: vel q2 tūc puri⁹ micat ether. Merū eniꝫ
purū dicť. Ianuę celi duę ſunt: oriēs ⁊ occaſus. Nam vna
porta ſol ꝓcedit: alia ſe recipit. Cardines autē mundi duo:
ſeptētrio ⁊ meridies. In ipſis enim voluitur celum.

¶ De athomis. Cap. II.

Atomos philoſophi vocāt q̄ſdā in mūdo corpo
rum partes tam minutiſſimas: vt nec vſui pate
ant: nec tomen. i. ſectionē recipiāt: vn̄ ⁊ atomi di
cti ſunt. Hi per inane toti⁹ mūdi inqetis motib⁹
volitare: ⁊ huc atqꝫ illuc ferri dicunť: ſicut ⁊ te
nuiſſimi pulueres q̄ infuſi p feneſtras radijs ſolis videtur:
ex his arbores ⁊ herbas ⁊ fruges oēs oriri: ⁊ ex his igneꝫ ⁊
aquā ⁊ vniuerſa gigni atqꝫ cōſtare qdā philoſodhi gentiuꝫ
putauerūt. Sūt aūt atomi aut in corpore: aut in tpe: aut in
numero: aut in littera. In corpe vt lapis. Diuides eū in par
tes: ⁊ partes ipſas diuides in grana: veluti ſunt harenę. rur
ſuſqꝫ ipſa harenę grana diuide in minutiſſimū puluereꝫ do
nec ſi poſſis puenias ad aliquā minutiā: q̄ iaꝫ nō ſit q̄ diui
di vel ſecari poſſit: hoc eſt atom⁹ in corporib⁹. In tpe vero
ſic itelligiť atomus. Annū verbi grā diuides in mēſes: mē
ſes in ebdomadas: hebdomadas in dies: dies in horas: ad
huc ptes horaruꝫ admittūt diuiſionē: quouſqꝫ puenias ad
tātū tpis pūctū: ⁊ qnādā momēti ſtillā vt p nullā morulaꝫ
ꝓduci poſſit: ⁊ iō iam diuidi nō pōt: hoc eſt atom⁹ tpis. In
numeris vtputa octo diuidunť in q̄ttuor: rurſuꝫ q̄ttuor in
duo: deinde duo in vnū. Un⁹ aūt atom⁹ ē: q2 inſecabilis ē.
Sic ⁊ littera. Nā orōnē diuidis in vba: vba aūt in ſyllabas
ſyllabā aūt in lrās. Littera pars minima: atom⁹ eſt: nec di
uidi pōt. Atom⁹ ḡ ē qđ diuidi non pōt: vt in geometria pun
ctus. Nā tomus diuiſio gręce dicť: atomus indiuiſio.

¶ De elementis. Cap. III.

Ylen greci rerū quādā pmā materiā dicūt nullo pr
ſus mō formatā: ſed oluꝫ corporaliuꝫ formarū capa
cem: ex qua viſibilia hec elemēta formata ſunt: vn̄
⁊ ex eius deriuatiōe vocabuluꝫ acceperūt. Hāc ylen latini
materiā appellauerūt: iđ q2 oē iforme vn̄ aliqd faciendū ē:
ſemp mā nūcupatur. Proinde ⁊ eā poetę ſiluā noiauerūt.
Nec icōgrue: q2 materię ſiluarū ſunt. Greci auteꝫ elemēta
ſtoixia nūcupāt: eo ꝙ ſibi ſocietatis ꝯcordia ⁊ cōione q̄dā
ꝯueniant. Nā ſic ea inter ſe nāli q̄daꝫ rōne iuncta dicunť:
vt modo originē ab igne repetētes vſqꝫ ad terrā: mō a ter/
ra vſqꝫ ad ignē: vt ignis quidē in aera deſinat: aer in aquaꝫ
dēſeť: aqua in terra craſſeſcat: rurſuſqꝫ terra diluať i aquā:
aqua rareſcat in aerē: aer i ignē extenueť. Quapropter oia
elementa omnib⁹ cōſtat ineſſe: ſed vnūquodqꝫ eoꝝ ex eo
qđ amplius hꝫ accepiſſe vocabulū. Sunt autē diuina ꝓui/
dentia ꝓprijs animantibus diſtributa. Nam celū angelis:
aerem volucribus: mare piſcibus: terraꝫ hoibus cęteriſqꝫ
animātibus creator ipſe impleuit.

¶ De celo. Cap. IIII.

Celū vocatū eo ꝙ tanqꝫ celatuꝫ vas impſſa lumi
na habeat ſtellarū veluti ſigna. Nam celatū di/
citur vas qđ ſignis eminētioribus refulget. Di
ſtinxit eniꝫ euꝫ deus claris luminibus ⁊ ipleuit
ſolis. ſ. ⁊ lunę orbe fulgenti: ⁊ aſtrorū micantiuꝫ
ſplēdentibus ſignis adornauit. Alias aūt a ſupiora celādo.
Hoc aūt gręce vranus dicť. απο του οραν. i. a videndo:
loris varietate eundẽ arcũ cęleſtẽ imitet. Iliyrica autem
dicit:qꝛ in illyria plurima ⁊ violẽtiſſima eſt:ſpecies eius fo
lijs gladioli ſimilibus:radice aromatica:odoris boni. Aco-
rum folijs iridis ſimilibus radicibus acerrimi odoris: ſed
iocundi: ꝓpter qð ⁊ aromatica eſt. Meu folijs paſtinace ſi
milibus. Cardamomũ herba quã vulgus naſturgũ vocat.
Squinũ meliꝰ qð in euphrate naſcitur q̃ꝫ qð in arabia ful-
uum multifloꝝ:purpureũ:tenue:odoris roſei:cũ manu ↄfri
catur:guſtu multũ incẽdit linguã atqꝫ mordet. Huius flos
ſquinoantos dicit. Antos enĩ gręcę flos nũcupat. Thimũ
appellatũ ꝙ flos eius odorẽ refert. De quo Uirgilius: Re
dolentqꝫ thimo fragrãtia mella. Epithimũ gręcũ nomẽ qð
latine dicit flos thimi. Nã flos gręce thimũ vocat. Eſt aũt
flos tymbre ſiſ'is. Sãſucus ẽ quẽ latini amaracũ vocãt: cu
ius noĩs vſũ Uirgiliꝰ etiã ad venerẽ referẽs ait. Ubi mol
lis amaracus illũ Floribꝰ ⁊ dulci aſpirãs ãplectit vmbra.
Apta eſt aũt hęc herba vnguẽtis. Uñ ⁊ nomen traxit ama
racus a puero cuiuſdã regis:q caſu lapſus dũ ferrę̃t vnguẽ
ta nouũ ⁊ gratiſſimũ ex cõfuſione odorẽ creauit. Iacynthꝰ
herba eſt habẽs florẽ purpureũ. Traxit autẽ nomẽ a pue-
ro quodã nobili:q in ſaltibꝰ inter purpureos flores reptus
eſt iterfectus: deditqꝫ nomẽ herbę puerilis funeris caſus.
Eſt autẽ radice ⁊ flore volui ſiſis:pueros a pubertate reti
nens. Narciſſus herba fabuloſe impoſitũ nomẽ hꝫ a quo-
dam puero:cuius mẽbra in hũc florẽ trãſierũt: q ⁊ nomen
narciſſi in appellatione cuſtodit: ⁊ decus pulchritudinis in
cãdore retinet folioꝝ. Roſa a ſpecie floris nũcupata:ꝙ ru-
tilãti colore rubeat. Lilia lactei floris herba: vñ ⁊ nũcupa-
ta q̃ſi liolia:cuiꝰ dũ cãdor ſit ĩ folijs:auri tñ ſpẽs itꝰ effulget
Uiola ꝑꝑ viz doloris nomẽ accepit. Huiꝰ gnã ſũt tria:pur-
pureũ:albũ:mellinũ. Achãtus herba ęgyptia ſemꝑ frõdẽs
ſpinis plena: flexibili virgultu. In cuius imitatiõe arte ve
ſtis ornatur:quę achantina dicitur: ⁊ aliter achantis dicta:

Hedera dicta ꝙ arboribus reptādo adhęreat: de qua Uir
gilius. Inter vitrices hęderam tibi ſerpere lauros. Aliȷ hę
deram aiunt vocatam: ꝙ hedis ſupra lactis abundantiā in
eſca a veteribus prębeatᷣ. Hederę frigidę terrę indices ſm̄
phiſicos. Nā antipharmacon ebrietatis ē ſi qs potꝰ hedera
coronetᷣ. Elleboꝝ memorāt greci circa elleboꝝ quēdā flu
uiū plurimū gigni īde atq̃ a gręcis appellari. Hūc romani
alio noīe veratrū dicūt: pro eo ꝙ ſumptū mentē in ſanitatē
reducit. Duo ſunt aūt gnā: albū ⁊ nigrū. Hāc autē periti lo
quunᷣ eſcā eſſe ⁊ alimoniā coturnicū: eo ꝙ nāli quodaꝫ tē
peramēto ſui corporis vim pabuli nocentis euitāt. Et eniꝫ
ſi rōne medicinę plerūq̃ ad ſalubritatē humani quoq̃ cor
poris tēperaᷣ cui videᷣ eſſe cōtrariū: quāto magis ꝓprieta
te naturę ad cibū ꝓficit qđ medicinali manu conuertiᷣ ad
ſalutē. Acone portus eſt bithynię: qui ꝓuentu maloꝝ gra
minuꝫ vſq̃ adeo celebris eſt vt noxias hęrbas aconitas il
linc noīemus. Nā toxica venena ex eo dicta ꝙ ex arboribꝰ
taxeis exprimanᷣ: maxime apud cantabriā. Euphorbiū di
ctū ꝙ eius ſuccus oculoꝝ acuat viſuꝫ: cuius vis tāta eſt vt
duris carnibꝰ ſuꝑadiecta citiꝰ coqui cōpellat. Naſciᷣ in mľ
tis locis: ſed plurima in mauritania. Laſer herba naſciᷣ in
mōte oſcobagi: vbi ⁊ gāges fluuiꝰ oriᷣ: cuiꝰ ſuccus dictꝰ pri
muꝫ laſir: q̄m manat in modū lactis. Deinde vſu deriuāte
laſer noīatū eſt. Hoc ⁊ a q̄buſdā opiū cyrenaicuꝫ appellaᷣ.
q̄m ⁊ apud cyrenas naſciᷣ. Aloe herba amariſſimi ſuccus.
Panace herba fragrātis odoris: tyrſo ferulę ſimilis: ex q̄ ꝓ
fluit ſuccus qui opopanacis diciᷣ: croceus ⁊ pinguis: odore
grauis ⁊ amariſſimꝰ. Galbanū eſt genꝰ pigmēti albi creſcēs
in mōte amomo ſyrię: alias ſuccus eſt ferulę. Dicteꝰ ē mōs
cretę ex quo dictamū herba nomē accepit: ꝓpter quā apđ
Uirgiliū: Ceruа vulnerata ſaltus ꝑagrat. Tātę eni potētię
eſt dictamū vt ferrū a corpore expellat ⁊ ſagittas excutiat.
vn̄ ⁊ eius pabulo ferę ꝑcuſſe ſagittas corpori inherētes eȷ
ciunt. Hāc quidā latinoꝝ polegiū martis dicūt ꝑꝑ belli te
la excutiēda. Mādragora dicta ꝙ habeat mala ſuaue olē
tia in magnitudinē mali matiani: vnde ⁊ eā latini malū ter
rę vocāt. Hāc poetę antropomorpheos appellant: ꝙ hēat
radicē formā hoīs ſimilātē. Anthropos eni gręce latine di
citur hō. cuiꝰ cortex vino mixtꝰ ad bibēdū daᷣ his quoruꝫ
corpus ꝑꝑ curā ſecādū eſt vt ſoporati dolorē nō ſentiāt. hu
ius ſpēs ſunt duę. Femina foliȷs laetucę ſimilibus mala ge
nerans in ſimilitudinē prunoꝝ. Maſculus vͦo foliȷs betę ſi
milibꝰ. Papauer herba ſōnifera: de qua Uirg. Leteo ꝑfu
ſa papauera ſōno. Soporē eni languētibꝰ facit. Eiꝰ alia eſt
vſualis: alia agreſtis: ex qua fluit ſuccꝰ quē opion vocāt. Co
locintida cucurbita agreſtis ⁊ vehemēter amara: q̄ ſimili
ter vt cucurbita flagella per terrā tēdit. Dicta aūt colocin
tida ꝙ ſit fructu rotūdo atq̃ foliȷs vt cucumis vſualis. Cē
taureā gręci vocant q̄m a chirone cētauro fertur repta. Ea
deꝫ ⁊ limniſios q̄r locis humectis naſciᷣ. Eadeꝫ ⁊ fel terrę
ꝓpter amaritudinē dictum. Glyciriça gręce ex eo dicta ꝙ
dulcē radicē habeat. γλυκυ eni gręci dulce dicūt. Eadeꝫ
adipſos q̄r ſitiētibꝰ ſitim ſedat. Dracontea vocata ꝙ haſta
eiꝰ varia ſit in modū colubri: ſiľitudinēq̃ draconis imiteᷣ:
vel ꝙ eā herbā vipera timeat. Chelidonia ideo diciᷣ: vľ ꝙ
aduētu hirūdinū videᷣ erūpere: vľ ꝙ pullis hirūdinum ſi
oculi auferanᷣ matres eoꝝ illis ex hac herba mederi dicū
tur. Heliotropiū nomen accepit ꝑmo ꝙ ęſtiuo ſolſtitio flo
reat: vľ ꝙ ſolis motibꝰ folia circūacta cōuertat. Un̄ ⁊ a la
tinis ſolſequia nūcupaᷣ. Nā ⁊ ſole oriēte flores ſuos aperit
itē ſero claudit cū ſol occubuerit. Ipſa eſt quā latini icubū
ſiluaticū vocant. Hęc ⁊ verrucaria ꝙ extinguat verrucas:
ex aqua potata. vľ in cataplaſmate poſita abſtergat. Pāta
palion a numero folioꝝ dicta. Un̄ ⁊ eam latini q̄nq̃ foliuꝫ
vocāt: herba adeo mūda vt purificationi: ⁊ tēplis adhiberi
a gētilibus ſolita eſſet. Iſopus herba purgādis pulmonibꝰ
apta. Un̄ ⁊ in veteri teſtamēto ꝑ iſopi faſciculos aſꝑgeban
tur agni ſanguine q̄ mundari volebāt. Naſciᷣ in petris he
rens ſaxo radicibꝰ. Reubarbaruꝫ: ſiue reupōticū: illud qđ
trās danubiū ī ſolo barbarico: iſtud qđ circa pōticū colligi
tur nominatū eſt. Reu autē radix diciᷣ. Reubarbaruꝫ er
go quaſi radix barbarica. Reupōticū quaſi radix pontica.
Hyoſciamos a gręcis: a latinis herba calicularis diciᷣ: ꝙ
caliculi eius in figurā cātaroꝝ naſcanᷣ: vt eſt mali punici:
quoꝝ ora ſerrata ſunt habētes intrinſecus ſemina papaue
ri ſimilia. Hęc herba iſana vocaᷣ: q̄r vſus eiꝰ ꝑiculoſus eſt.
Deniq̃ ſi bibaᷣ vel edaᷣ inſaniā facit: vľ iōni imaginē tor
pidā. Hāc vulgus milimindrū dicit: ꝑꝑ ꝙ alienationē mē
tis inducit. Saxifraga vocata ꝙ ſemē eiꝰ petras in veſica
frāgat atq̃ cōminuat. Gētiana nomē ſūpſit vt medici me
morāt: ab īuentore radicibus ariſtolocię ſiľibꝰ. Naſciᷣ ſub
alpibus galatię atq̃ aſię. Satureia calida ⁊ ꝓpe ignita. Un̄
illi ⁊ nomē inditū credūt ꝙ pronos facit in venerē. Saty
rion dicta a ſatyris: ꝓpter incēdium libidinis: quā vulgus
ſtincū vocat: venerē eni ſuſcitat. Eadē ⁊ orchis ꝙ radix eiꝰ
in moduꝫ teſticuloꝝ ſit: quos gręci ορχει vocant. Iteꝫ ⁊ le
porina: ꝓpter ꝙ caulē mollē emittat. Urtica vocata: ꝙ ta
ctus eius corpus adurat. Eſt eni igneę oīno naturę: ⁊ tactu
perurit: vnde ⁊ pruriginē facit: ⁊ vtilis valde ad ſanguineꝫ
ſtangnādū. Artemiſia herba dianę a gētilibꝰ cōſecrata eſt
vnde ⁊ nūcupata. Gręce eni diana artemis: diciᷣ. Eſt auteꝫ
apta medicis ⁊ potu ſūpta aufert doloreꝫ cordis. Camime
los herba gręce dicta: ꝙ mali matiā odorē habeat ſitq̃ bre
uis terręq̃ vicina. Camidrios a gręcis appellata ꝙ ſit bre
uis ⁊ per terraꝫ ſtrata ⁊ minuta foliȷs paruiſſimis. Pęon q̄
dam medicus fuit: a quo pęonia herba ꝓhibetur inuēta vt
Homerus dicit: Hāc q̄dam gleſidē vocant: ꝙ dulcis ſapo
ris ſit: vľ penterobinā: a numero granoꝝ: vľ vt aliȷ dactylo
ſam a digitoruꝫ ſimilitudine. Naſciᷣ in ſiluis. Bogloſſos a
gręcis dicta eo ꝙ folia aſperrima in modū ligue bouis ha
beat. Quę mirū in modū ob ſapientiā nutriēdā vino infun
denda a veteribus memoratur. Cōuiuiȷ quoq̃ ilaritatē pręç
bere fertur: pro olere etiā ſumiᷣ. Arnogloſſos id eſt agni lī
gua: quę a romanis plātago diciᷣ: ꝙ planta eius cito adhę
reat terrę. Hac multi pro olere veſcunᷣ. Erpillos quę apđ
nos ſerpillus vocatur pro eo ꝙ radices eius longe ſerpiāt.
Eadē ⁊ matris animola: ꝓpter ꝙ mēſtrua moueat. Ariſto
locia diciᷣ ꝙ mulieribus fętis optima ſit. Nā ſupꝑeſſa poſt
partū matricē beneficio vaporis expurgat. Huius herbę
genera ſunt duo: quarū vna ariſtolocia rotūda dicitur: pro
pter ꝙ rotundā radicē habeat. Altera ariſtolocia longa: q̄r
longaꝫ radicē habet cum ramis ⁊ foliȷs longioribus. Quā
etiā ⁊ dactilin vocāt: ꝙ ſit radice robore digitali ⁊ lōga. Eri
gonon a gręcis diciᷣ ꝙ vere ꝑmo ſeneſcat. Unde ⁊ eaꝫ lati
ni herbā ſenetionē vocāt. Naſcitur per macerias. Pſillios
dicta ꝙ ſemen ſimile pulicis habeat. Unde eam latini her
bam pulicarē vocant. Gerabotane ideo a gręcis hoc nomē
accepit: ꝙ remediȷs ac ligamētis hominū ⁊ turificationibꝰ
ſacerdotuꝫ a gentilibus apta ꝓbaretur. Unde ⁊ eā pontifi
ces ſagmen appellabant: quaſi ſancimen. hęc ⁊ verbena: q̄r
pura: proficit fibrolicis ſi bibatur. Paliurus herba aſperri
ma ⁊ ſpinoſa: pungēs ⁊ retinēs: vulnerans appropinquāteꝫ
ſibi ⁊ aduncodente cōprehēdens. Strutios: quā quidā her
bam lanariam vocant: eo ꝙ plęriq̃ lanam ex ea lauēt. Na
ſcitur in locis cultis. Cimicia propter ſimilitudinem cimi
cis. Unde ⁊ eam gręci corionē vocauerunt. Naſcitur in lo
cis aſperis atq̃ incultis. Marubium quod gręci praſium
dicunt: vocatum propter amaritudinem. Naſcitur in cam
pis. Pollegium apud indos pipere precioſius eſt: habet
autem virtutem termanticam: calefacit ⁊ deducit: extenu
at ⁊ purgat ⁊ digeritur. Abſintbium gręcum nomen cuius
probabilius eſt: quod in ponti regione naſcitur: vnde et

Ayuntamiento de Madrid

abſinthiū pōticū noīat̄. Simpat⁹ grece dictus eo ꝙ tantā
in radice virtutem habeat: vt fruſta carnis aſpſa in cacabo
coagulet. Polypodion herba: cuius radix hiſpida atq̄ cri
nita: vt ē polip⁹: ex quo deriuatū eſt vt polipodion diceret̄.
Naſcit̄ in teneris petrarū terris ſiue q̄rcubus vicinis. Po
lios herba a grecis: a latinis omnimorbia: ꝙ mltis morbis
ſubueniat. Naſcit̄ in mōtib⁹ ⁊ in duris locis: de vna radice
multas ⁊ tenues fibres mittit ſeminis plenas: in ſūmitate
habens quoſdā corymbos caneſcentes: odore grauis ⁊ ſub
dulce. ſuccus eius aq̄ cocta a ſerpētib⁹ pcuſſos ſanat: ſparſa
in domo vel incēſa oēs ſerpētes fugat. Scamonea quā la
tini acridiū vocant herba ſucci plena: q̄ colligit̄ ſubcauata
radice. Deniq̄ terrā rotūda cauitate fodiūt: tū ſuppoſitis
aut cocbleis: aut nucis folijs excipit̄ ſuccus: atq̄ ſiccat⁹ au
fert̄. Uenit aūt ſepius ꝓbabilior ex myſia aſie. Huic ꝯtrius
atq̄ falſus ex ſyria atq̄ iudea. Daucos herba folijs fenicu
li ſil̄is tyrſo bipalmis. Citocacia dicta ꝙ vētrē cito depur
get: quā vulgus corrupte citociā vocat. Lappa dicta ꝙ ha
beat caulē īgentē ꝑ terrā diſpoſitā. Hec herba a grecis phi
lātropos vocat̄: ꝙ veſtib⁹ hoīum ihereat ob aſpitatē ſui.
Naſcit̄ iuxta muros. Capillū veneris vocatum: ſiue ꝙ ela
pſos poſt alopiciā capillos recreat: vel ꝙ capillorū fluores
coerceat: vl̄ ꝙ ſit virgulis nigris lenib⁹ cū ſplēdore: q̄ſi ca
pilli. Naſcit̄ in aquoſis locis. Rubia dicta ꝙ radix eius ſit
rubra: vn̄ ⁊ colorare lanas ꝓhibet̄. Ancuſa cui⁹ radix ꝯtrita
digitos īficit. Eſt enī colore ſanguineo. vn̄ ēt pictoribus ad
purpurā efficiēdā vſui ē. Cameleon q̄ latine vaſcarago vo
catur eo ꝙ viſcū gignat: ī quo herēt aues q̄ ꝓpria volūtate
deſcēdūt ad eſcā. Cicuta: pp ꝙ in tyrſo geniculatos nodos
habeat occultos vt canna: ſic dr̄ foſſa ceca q̄ occulta ē: Hec
potui data īterficit. Hāc in carcere ſocrates bibit ⁊ expira
uit. Perſi⁹ dicit: Sorbitio quē tollit dira cicute. Hec dū bo
minib⁹ venenū ſit: capellas efficit pingues. Trifoliū eſt qd̄
greci trifillū vocāt: ꝙ ſit folijs trinis ꝑ ſingulas ānotatio
nes. Flomos quā latini herbā lucernarē vocāt: ab eo ꝙ ad
lychinia ꝓficiat. Eadē ⁊ lucubros ꝙ lucem ꝓbeat vmbris.
Piretron grece dicta ꝙ habeat radicē incēdioſaʒ atq̄ coa
ceruantē. Altea malua agreſtis: ſiue malue viſcus: ſʒ altea
ꝙ in altū ſurgat: ⁊ viſcus q̄r glutinoſa eſt. Origanū qd̄ latie
colora iterptat̄: pp ꝙ infuſuʒ coloret vinū. Hec aūt herba
calida eſt: deducit etiā flegma ⁊ migit̄. Titimallū vocabu
lū ſūpſit ꝙ foliorū comā ad radiū ſolis circūacta cōuertat.
Nā greci ſolē titā vocāt: mallonē comā: ex quo cōfectū eſt
vt titimallū diceret̄. Hui⁹ ſpēs ſeptē diuerſis locis naſcen
tes. Strignos q̄ latine herba ſalutaris vocat̄: pp ꝙ dolorē
capitis ⁊ ſtomachi incēdiū mitigat. Eadē ⁊ vua lupina pro
pter ſemē ei⁹ vue ſil̄e. Pilogonos quā latini herbā ſangui
nariā vocāt: pp ꝙ miſſa in naribus ſanguinē moueat. Am
broſia quā latini apiū ſiluaticū vocāt: de qua Uir. Ambro
ſieq̄ comedi vinū vertice odorē aſpirauere. Apiago dicta
ꝙ flores ei⁹ apes maxime appetūt. Roſmarinū: quā latini
ab affectu herbā ſalutarē vocāt: cui⁹ folia feniculi ſūt ſil̄ia
atq̄ aſpa: ⁊ rotatim terre ꝓſtrata. Mēta agreſtis quā greci
calaminti noſtri vulgo nepeta vocauerunt: maioris v̄tutis
⁊ vehemēs in calore. Fenicularis herba ſubſternit̄ ob ſcor
pionū vim repellēdaʒ. Gladiolus ꝙ ſit folijs gladij ſil̄ibus
tyrſo cubitali florib⁹ purpureis. Agaricū radix vitis albe.
Affodilos: quā latini a colore albutiū vocant. Scilla ꝙ no
cens ſit: de qua ſupſtitio gētiliū dicit: ꝙ ſi itegra ad limē ſu
ſpēdat̄: oīa mala fugat. Camipetos a grecis dicta ꝙ terre
adhereat: ⁊ odorē pini habeat. Hāc latini cucurbitularem
vocāt: ꝙ ex parte odorē cucurbite referat. Stafiſagria h̄ ē
herba gnq̄ digitorū: hui⁹ ſemē cōmaſticatū: humorē nimi
uʒ capitis: deducit: guſtu amarū: naſcit̄ locis amenis. Sple
nos dicta ꝙ ſplenē auferat: ſiue ſcolopēdrios eo ꝙ folia ip
ſius ſcolopēdro aīali ſint ſil̄ia. Naſcitur in humidis petris
Nec caulē: nec florem: nec ſemen hʒ: folia ipſi⁹ ſupficie viri
dia ſunt: ſubter rufa ⁊ dānoſa: ſpleneʒ curat. Uoluus appel
lat⁹ ꝙ radix eius volubilis ſit ⁊ rotūda. Stoecas in iſulis
ſtoecadibus naſcit̄: vn̄: ⁊ nuncupat̄. Cyclaminos grece dcā
a quodā q ciclos vocat⁹ eſt: q prim⁹ v̄tuteʒ huius herbe iue
nit: ſiue ꝙ habeat radicē rotundā. Greci enī cycla rotundū
vocāt: cuius radix aut ſuccus ſi vino fuerit admixtus ebrio
ſos facit. Naſcit̄ in ſiluoſis locis ⁊ agreſtib⁹. Ampelos leu
ce ſiue brionia: quā latini vitā albā vocāt: vl̄ a q̄litate colo
ris: vel ꝙ eius radix cōtrita ⁊ corpori infricata teneriorem
⁊ candidiorē cutē reddat. Nā ⁊ ſucus baccarū eius lac vbe
ribus ſiccis reddit. Ampeloſmelena. i. vitis nigra: eadēq̄ la
bruſca folia hedere ſimilia in oīb⁹ maior q̄ʒ vitis alba: bac
cas ſimiliter habēs que imaturitate nigreſcunt: vn̄ ⁊ voca
bulūʒ ſumpſit. Uiticella: herba a latinis appellata: ꝙ ſicut
vitis qcquid ꝓximū habuerit apprehēdat. Corimbis: quos
anulos appellam⁹. Buptalmon florē hʒ croceū oculo ſimi
leʒ: vnde ⁊ a grecis nomen accepit. Eſt autē caule molle: fo
lijs coliandri ſimilibus. Naſcit̄ iuxta muros ciuitatuʒ. Flo
mos: quā latini verbaſcū vocāt: quarū altera eſt maſculus
albidiorib⁹ folijs atq̄ anguſtiorib⁹: altera femina folijs la
tioribus atq̄ nigris. Ferula vocata a medulla. Nā illā var
ro tradit eſſe ferule medullā: quā oppodelon greci vocant.
Nōnulli a feriēdo ferulā dicunt. Hac enim pueri ⁊ puelle
vapulare ſolent: huius ſucus galbanū eſt. Papyrū dictuʒ:
qd̄ igni ⁊ cereis eſt aptū. Pyron enī greci ignē dicūt. Iūcus
dicitur eo ꝙ iunctis radicib⁹ hereat. Scyrpus a quo ſege
tes tegunt̄ ſine nodo: de qua Enni⁹: Querunt in ſcyrpo ſoli
ti ꝙ dicere nodū. Et ī ꝓuerbio: Qui inimicus ē etiā in ſcyr
po nodū querit. Fucus gen⁹ herbe eſt de qua tingit̄ veſtis
dicta q̄r mentit̄ alienū colorē. Un̄ ⁊ Uirg. Diſcet mētiri la
na colores. Alga naſcit̄ in aquis ſtātib⁹. Ita deniq̄ nomen
ſumpſit ab algore aque: vel ꝙ alliget pedes: q̄r craſſa eſt: fo
lijs aquā ex parte ſuperātib⁹. Ulua ⁊ typus herbe circa fō
tes ⁊ paludes ſtagniſq̄ naſcunt̄. Ex quib⁹ vlua: id eſt alga
mollis: ⁊ quodāmodo fungus dicta ab vligine. Typus vo
q̄ ſe ab aquis inflat. Un̄ etiā ambitioſorū ⁊ ſibi placentiuʒ
hominū tumor typus dicit̄. Carix acuta herba ⁊ duriſſima
ſparto ſimilis: de qua Uirg. Et carice paſtus acuta. Spar
tus frutex virgoſus ſine folijs ab aſperitate vocat⁹. Uolu
mina. n. funiū q̄ ex eo fiūt aſpa ſunt. Gramē a ſitu potius di
ctū ꝙ plurimorū agrorū ſit. Un̄ illud greci agreſte vocaue
runt: lʒ oīs herba gramē vocet̄ ab eo ꝙ germinet̄: ſicut ro
bur oīs ligni cutis: ⁊ ſpēs ab eo ꝙ ſit firmiſſima. Filix a ſin
gularitate folij dicta. Deniq̄ ex vna v̄gula altitudine cubi
tali vnū ſciſſuʒ foliū gignit̄ res īplicata velut pēna. Auena
per u. litterā herba eſt: per h. vo lorū quo equi retinentur.
Auena herba ſeminalis ſegeti ſimilis. Uirg. Urit. n. lini cā
pū ſeges: vrit auene penit⁹ ⁊ pro chalamo aliquotiēs. Ziça
nia qd̄ poete ſemꝑ infelix loliū dicūt ꝙ ſit inutile ⁊ infecun
duʒ. Fenū dictū ꝙ eo flāma nutrit̄. Fos eniʒ flāma eſt. Fe
nuʒ qd̄ eſt palea ꝑ e ſolā ſcribendū. fenū qd̄ eſt lucrū ꝑ o ⁊ e
ſcribit̄. Manipulū dicim⁹ faſcē feni. Et dictus manipulus
ꝙ manū impleat.

De oleribus. Cap. X.

HOrtus nominatur ꝙ ſemꝑ ibi aliquid oria
tur: naʒ cū alia terra ſemel in anno aliquid
creet: hortus nunq̄ʒ ſine fructu eſt. Olus ab
alendo dictū: eo ꝙ primuʒ homines ab ole
ribus alerentur anteq̄ʒ fruges ⁊ carnes ede
rent. Tm̄ eniʒ pomis arborū ⁊ oleribus ale
bant̄: ſicut aīalia herbis. Caulis eſt genera
liter herbarum ⁊ olerum medius frutex: qui vulgo tyrſus
dicitur: ꝙ a terra ſurſum conſcendat: ex quo deriuatuʒ eſt
vt ſpecialiter quoddaʒ genus olerum caulis diceret̄: quia
tyrſus ipſius amplius ceteris oleribus coaleſcit. i. creſcit.

Ayuntamiento de Madrid

Eſt autē gnāle nomē. Ois.n. frutex caulis dr. Cauliū autē ſunt gnā qnqȝ.i.cumanū pōpeianū arcinū ſabellicū bruciū. Cima dr q̄ſi coma. Eſt.n. ſūmitas olerū vl' arboꝝ ī qua vigēs vtus nālis eſt. Malua genus herbę hortulanę q̄ ex parte greco vocabulo appellatᷓ. ἀπὸ τοῦ μαλακίζεσθαι eo q mollīēdi aluū ſoluēdiqȝ nāȝ habeat. Cuius ſuco ſi qs ſe oleo mixto punxerit ab apib' negatᷓ feriri. Folia eius ex oleo trita ⁊ ipoſita: ſcorpionib' credunᷓ auferre torporem. Paſtinaca vocata q radix eius pcipu' paſtus ſit hoīs. Eſt enī odoratu iocūda: cibo delectabilis. Rapa dicta a rapiēdo.i. cōprehēdēdo. Eſt āt radice amplior nape: ſapore dulcior: ⁊ folio tenuior. Napus a ſilitudie vocat': niſi q folijs latior ⁊ radicis guſtu ſubacrior eſt. Nomis aūt affinitas in vtriſqȝ ide pene cōis: qr vtrūqȝ ſemē in alterū viciſſi mutatᷓ. Nā rapa in alio ſolo: vt Emilian' ait: per bienniū mutatur in napū: in alio vo napus trāſit in rapā. Napocaulis ex duob' olerib' cōpoſitū nomē hȝ: qr dū ſit ſapore napo ſilis nō in radice ſed in tyrſo ɔſcēdit vt caulis. Sinapis appellatur q folijs ſit ſilis napis. Hęc vt auctores aiūt calidā vtutē hȝ ⁊ egeritᷓ: ſȝ ſtringit vrinā. crudū in cibo ſūptū: ſtomacho ɔtrariū: coctū vo in olere iuuat ſtomachū: ſemē aūt eius tritū cū aceto ſerpentiū vulnera curat. Raphanum greci nos radicē vocam': eo q totus deorſū nitiᷓ dū reliq̄ olera in ſūma magis ɔſiliant. Cuius ſemine macerato quiſqȝ ſuas manus ifecerit: ſerpētes ipune tractabit. Siqdē ex ipſius radice etiā ebur albeſcit. In cibo quoqȝ veneno obſiſtit. Nā ɔtra venena radices: nuces: lupini: citria: apiū: ruta ɔſunt: ſed ɔtra futurū nō ɔtra acceptū venenū. Vn̄ ⁊ apō veteres ante alias epulas hęc ſolebāt mēſis appōi. Lactuca dicta eſt q abundātia lactis exuberet: ſeu qr lacte nutrientes fęminas implet. Hęc ⁊ in viris veneris vſū coercet. Lactuca agreſtis eſt quā ſarralia noiam': eo q dorſū ei' in modū ſerrę eſt. Intub' grecū nomē eſt. Et intub' q int' ſit toſus. Cepa vocatᷓ: qr nō aliud eſt niſi tm̄ caput. Aſcalonia nuncupata ex vna vrbiū paleſtinę q̄ aſcalon dr: vn̄ ꝑus aduecta eſt. Alliū dictū q oleat. Vlpicū appellatū q allij odorē habeat. Faſelos vocari aiunt a faſelo inſula grecię: vbi nō ꝓcul mōs olympus eſt. Porrū: cuius duo gnā ſunt: capitatū ⁊ ſectile. Capitatū mai', ſectile paruulum. Beta apud nos oleris gen': apud grecos lr̄a eſt. Blitū gen' oleris ſaporis euanidi: q̄ſi vilis beta. Cucumeres q ſint iterdum amari: q dulces naſci ꝓhibentᷓ ſi lacte mellito eoꝝ ſemē infūdatᷓ. Cucurbita apopores. Sane pepo: melipepo: ocimū: greca noīa ſunt: ⁊ origo eoꝝ latinis īcerta. Olus molle atriplex braſſica: oliſatrū. Naſturtiū ſapor appellauit: q acrionia ſui naſū torqat. Fūgi q aridi ignē acceptū ɔcipiāt. Fōs enī ignis eſt: vnde ⁊ eſca vulgo dr: q ſit fomes ignis ⁊ nutrimētū. Alij dicūt fungos vocatos: q ſint ex eoꝝ genere quidam interēptorij: vn̄ ⁊ defuncti. Tubera tumor terrę ꝓdit eaqȝ cā nomē illi dedit. Volui appellati: q ſint volubiles ⁊ rotūdi. Aſparagus q ſit ſpinoſa ⁊ aſpa: ⁊ frutex eius: ex qua gignitᷓ. Capparis a grecis nomē ſumpſiſſe videtᷓ q habeat rotūda in ſūmitatib' ſeminū capitella. Armoracea hoc eſt lapſana. Lapiſtrū: Lapatia: hęc in cibo ſumpta ſtomachū cōfortat: venerē reprimit. Carduus gen' herbę ſpinoſę. huius nā mordax ⁊ ſubauſtera ē ⁊ mollis: frigidus ⁊ idigeſtus ſucus eius alopicias curat. Eruca quaſi vruca q ignitę ſit virtutis: ⁊ in cibo ſepe ſumpto veneris icēdiū moueat. Huius ſpēs duę: quarū altera vſualis: altera agreſtis acrioris virtutis: vtraqȝ tamē: veneris cōmouens vſum.

De odoratis oleribus. Cap. XI

Apiū dictū q ex eo apes.i.caput antiquoꝝ triūphantiū coronabatᷓ. Hercules aūt hāc herbam ꝑmus capiti circūtulit. Nā nunc populū capite pferebat: nūc oleaſtrū: nunc apiū. Cui' radices efficaciter pugnāt cōtra inſidias venenoꝝ. Ei' generis ſunt petroſilenon: ipoſilenon: ⁊ oleoſilenon. Petroſilenon vocatū q ſit ſimile apio ⁊ naſcatur in petris montibuſqȝ ꝓruptis: qd̄ nos petrapiū dicere poſſumus. Silenon enī grece apium dicitur: ſed eſt ſummū ac ꝓbabile macedonicū guſtu ſuaue ⁊ odore aromatico. Ipoſilenon dictū q ſit durū ⁊ auſterum. Oleoſilenon q mollior folio ⁊ caule tenerū. Feniculū latini vocant: q eius tyrſi ſeu radicis ſucus acuat viſum: cuius vtus traditur vt ſerpētes annuā ſenectutē ei' guſtu deponāt. Hoc olus greci maratron vocant. Liguſticū a regione nomē accepit. Naſcitur.n. plurimū in liguria odore aromatico ⁊ guſtu acre. Aneſon greci dicunt: ſiue vt latini aneſū: herba oībus cognita: acerrime feruens. Coriandrū ex greco nomine ſumptū: qd̄ illi corion vocant: cuius ſemen in dulci vino datū: proniores ſedit in venerē: ſi ſupra modū dederis amentiā nutrit. Canos etiā ex coriandro infici traditū eſt. Ruta dicta q ſit feruentiſſima: cuius altera agreſtis atqȝ virtute acrior: ſed vtraqȝ feruentiſſima cōprobatᷓ. Hanc venenis repugnare muſtelę docent: q̄ dum cū ſerpente dimicauerint cibo eius armantur. Inula quā ruſtici alam vocant: radice aromatica: odoris ſummi cum leni acrimonia. Menta genus herbę odoriferę: huius genera ſex.

Incipit liber decimuſoctauus.

De bellis. Cap. I.

Primus bella intulit Ninus aſſiriorū rex. Ipſe enī finib' ſuis nequaq̄ cōtētus humanę ſocietatis fędus irrūpens excercit' ducere: aliena vaſtare: liberos populos aut trucidare aut ſubijcere cępit: vniuerſāqȝ aſyam vſqȝ ad libyę fines noua ſeruitute perdomuit. Hinc iam ſtuduit orbis in mutuo ſanguine graſſari alterna cęde. Quattuor autē ſunt gnā belloꝝ.i. iuſtū: iniuſtū: ciuile: ⁊ pluſq̄ ciuile. Iuſtū bellum eſt qd̄ ex ꝓdicto geritur de rebus repetitis: aut propulſandorum hoſtiū cauſa. Iniuſtum bellū eſt qd̄ de furore nō de legittima ratione initur. De quo in republica Cicero dicit. Illa iniuſta bella ſunt quę ſunt ſine cauſa ſuſcepta. Nā extra vlciſcendi aut propulſandoꝝ hoſtiū cauſa: bellū iuſtum geri nullū poteſt. Et hoc idem Tullius paruis interiectis ſubdidit. Nullū bellū iuſtū haberi videtᷓ: niſi denūciatum: niſi dictū: niſi de repetitis rebus. Ciuile bellum eſt inter ciues orta ſeditio: ⁊ concitati tumultus: ſicut inter ſyllam ⁊ mariū: qui bellū ciuile inuicē in vna gente geſſerūt. Pluſq̄ ciuile bellū eſt vbi nō ſolū ciues concertant: ſȝ ⁊ cognati: quale actū eſt inter ceſarē ⁊ pompeiū: qn̄ gener ⁊ ſocer inuicē dimicauerūt. Siquidē in hac pugna frater cum fratre dimicauit: ⁊ pater aduerſus filiū arma portauit. Lucanus: In fratrū ceciderūt ꝑmia fratris. Item: Cui ceruix cęſa parentis cederet. Bella itaqȝ dicunᷓ interna: externa: ſeruilia ſocialia: piratica. Nā piratica bella ſunt ſparſa latronum manus per maria myoparonibus leuib' ⁊ fugacibus: non ſolum nauiū comeat': ſed etiā inſulas ꝓuinciaſqȝ vaſtātibus. Quos primū Cneus pōpeius poſt multā vaſtationē quā terra mariqȝ diu egerat: mira celeritate cōpreſſit ac ſuperauit. Sicut autem bellū vocatur qd̄ contra hoſtes agitur: ita tumultus qui ciuili ſeditione cōcitatur. Nā ſeditio eſt diſſenſio ciuiū: dicta q ſeorſū alij ad alios eāt Alij ęſtimant diſſenſionem animoꝝ ſeditionē vocari: quā greci diaſtaſin vocant. Quo autē differat vtrūqȝ cicero docet. Poteſt enim inquit eſſe bellum vt tumultus non ſit,

Ayuntamiento de Madrid

Poteſt enī inquit eſſe bellū vt tumultus nō ſit. Tumultꝰ aūt eſſe ſine bello nō pōt. Quid ē autē aliud tumultꝰ niſi ꝑturbatio tāta vt maioꝛ timoꝛ oꝛiat̄: Vñ etiā dictꝰ tumultꝰ: q̄ſi timoꝛ multus. Grauioꝛ aūt ē tumultus ꝙ̄ bellū. Naꝫ in bello vacatōes valent: in tumultu nō valēt. Differt autem bellū: pugna: ⁊ ꝑliū. Nā bellū vniuerſuꝫ dr̄: vt punicū. Huius partes ſunt pugnę: vt cannēſis: termēſis. Rurſuꝫ ī vna pugna multa ſunt pręlia. Aliud.n. in coꝛnibus: aliud in media: aliō ī extrema acie gerit̄. Bellū igit̄ ē totū: pugna vniꝰ diei: ꝑliū pars pugnę ē. Bellū antea duellum vocatū: eo ꝙ due ſunt partes dimicantiū: vel ꝙ alteꝝ faciat victoꝛē: alteruꝫ victū. Poſtea detracta littera d: ⁊ mutata v in b: dictū ē bellū. Aliȷ ꝑ antiphraſin putāt bellū ꝙ ſit hoꝛꝛidū: vñ ē illud. Bella hoꝛꝛida bella: cū bellū cōtra ſit peſſimū. Pręlia dn̄r a p̄mēdo hoſtis hoſtē. Vñ ⁊ p̄lia ligna ꝗbus vua p̄mitur. Pugna vocata eo ꝙ initio vſus fuiſſet in bello pugnis cōtendere: vel q2 p̄mo belluꝫ pugnis incipiebant. Vñ ⁊ pugna etiā duoꝝ ē aliq̄n ⁊ ſine ferro. Quattuoꝛ auteꝫ in bello agunt̄: pugna: fuga: victoꝛia: pax. Pacis vocabulū videtur a pacto ſumptū. Poſteriꝰ aūt pax accipit̄: fędus p̄muꝫ init̄. Fędus ē pax quę fit inter dimicātes: vel a fide: vel a fecialibus.i. ſacerdotibus dictū. Per ipſos eniꝫ fiebant fędera: ſicut per ſęculares bella. Aliȷ fędera dicta putant a poꝛca fęde ⁊ crudeliter occiſa: cuius moꝛs optabat̄ ei ꝗ a pace reſiliſſet. Virgilius. Et cęſa iūgebāt fędera poꝛca. Fęderis partes inducię. Et dictę inducię q̄ſi in dies ocia.

¶ De triumphis. Cap. II.

Omne regnū ſęcli huiꝰ bellis quęrit̄: victoꝛȷs ꝓpagat̄. Victoꝛia dicta ꝙ vi.i. virtute adipiſcat̄. Hoc ē eni ius gētiū: vim vi expellere. Nā turpis ē dolo q̄ſita victoꝛia. Certa aūt victoꝛia ē: vel occiſio hoſtis: vł expoliatio: vel vtrūqꝫ. Nō ē aūt iocūda victoꝛia q̄ ꝑ imenſa detrimēta cōtingit. Et hoc eſt qđ laudat Saluſtiꝰ duces victoꝛiā in cruento exercitu depoꝛtaſſe. Pōpa dicta ē gręca ſignificatiōe απο του πομπευσαι hoc ē publice oſtētari. Pręcedit aūt victoꝛia pōpā: iō ꝙ ituris ad hoc certamē p̄mū ē victoꝛię votū. Tropheum dictū απο της τροπης.i. a ꝯuerſione hoſtis ⁊ fuga. Naꝫ ab eo ꝙ hoſtē ꝗs fugaſſꝫ merebat̄ tropheū: ꝙ occidiſſet triumphū: ꝗ dictus ē απο της τριαμβης.i. ab exultatione. Plenę eni victoꝛię triūphus debet̄: ſemiplenę tropheū: q2 nōdū plenā ē cōſecutus victoꝛiā. Nō.n. obtinuit: ſꝫ fugauit exercitū. Hęc tñ noīa ſcriptoꝛes ꝯfundūt. Tranqllus aūt triūphū latine dicit potiꝰ appellatū: ꝙ is ꝗ triūphās vrbeꝫ ingredereī: tripartito iudicio honoꝛaret̄. Nā p̄mū de triūpho duci cōcedēdo exercitū iudicare ſolitū erat: ſecūdo ſenatū: tertio populū. Erat aūt apud romanos mos vt triumphantes quadrigis veherent̄: ex illo ꝙ ſoliti ſint p̄oꝛes duces hoc habitu bella īire. Quicūqꝫ autē in cōflictu viciſſet. palma aurea coꝛonabat̄: quia palma ſtimulos hēt. Qui vero ſine ꝯflictu fugiētē ꝓſtraſſet: laurea: eo ꝙ hęc arboꝛ ſine ſpinis ē. Nāqꝫ ⁊ purpureā ⁊ palmatā togā triūphātes iduebant̄. ⁊ ſcipionē cū ſceptro in manu gerebāt: ad imitationē victoꝛię ſcipionis: licꝫ ⁊ ſcipio baculus ſit quo hoīes innitūtur. unde ⁊ ille p2imꝰ corneliꝰ ſcipio appellatꝰ eſt: q2 in foꝛo p̄r eiꝰ cęcus innixus eo ambulabat. Sup ſcipionē aūt aquila ſupſedebat ob indiciū ꝙ ꝑ uictoꝛiā quaſi ad ſupnam magnitudinē accederēt. Inde ⁊ colore rufo ꝑliniebāt̄: q̄ſi imitarent̄ diuini ignis effigiē. Qđ vo a carnifice ꝯtingebant̄. id erat indicio ut ad tantū faſtigiū euecti: mediocritatis hūanę cōmonerent̄. Duobus aūt generibꝰ delet̄ exercitus: aut īternitione aut diſꝑſione. Saluſtiꝰ: Hoſtes inqt op̄ſſi: aut dilapſi foꝛent. Sic ⁊ vtrūqꝫ Virgilius. Internitiōe: vt ſubmerſaſqꝫ obꝛue puppes. Diſꝑſione: vt age ⁊ diſȷce coꝛpoꝛa pōto. Spolia hoſtiū pręda: manubię: exuuię partes. Pręda a prędādo vocata. Manubię eo ꝙ manibꝰ detrahūt̄. Hę ⁊ exuuię ab exenudo dictę: q2 exuūt̄. Hę ⁊ ꝑtes: a ꝑi diuiſiōe ꝓ ꝑſonaꝝ q̄litate ⁊ laboꝝ iuſta dciſiōe. Spolia āt a pallȷs q̄ſi expallia: victis.n. detrahuntur.

¶ De ſignis. Cap. III.

Signa belloꝝ dicūt̄ ꝙ ex his exercitꝰ ⁊ pugnādi ⁊ victoꝛię rceptui accipit ſymbolū. Nā aut ꝑ vocē tubę aut ꝑ ſymbolū admonet̄ exercitꝰ legionū. Pꝛicipalia ſigna aqlę: dracōes ⁊ pilę. Aqlę iō ꝙ eadem auis iouis ī armis auſpició fuerit. Nā dū idē iouis aduerſus titanas ꝓficiſceret̄: aqlaꝫ ei ī auſpicio apparuiſſe ferūt quā ille ꝓ īdicio victoꝛię acceptā tutelę ſuę auſpicatꝰ eā legiōi ſignū dedit: quo factū ē vt deiceps militū ſignis cōmitteret̄. Cuiꝰ lucanꝰ meminit dicēs. Signa pares aqlas ⁊ pila minātia pilis. Draconū ſigna ab apolline moꝛte phitonis ſ̄pētis ichoata ſūt. dehic a gręcis ⁊ romanis ī bello geſtari cęperūt: Pilaꝫ ī ſigno ꝯſtituiſſe fert̄ auguſtꝰ ꝑꝑ natiōes ſibi ī cūcto oꝛbe ſubiectas vt magis figurā oꝛbis oñderet. Vexilliū ⁊ ipꝫ ſignuꝫ bellicū tractū: nomē hñs a veli dimiutiōe q̄ſi vellilū. Sub romulo āt faſciculos fęni ꝓ vexilis milites habuerūt. Hic ⁊ manipuli appellant̄. Manipulos.n. dicimꝰ faſces feni ꝙ manū ipleāt. Cętera ſigna diuerſis p̄lata agminibꝰ ſꝫ militarem conſuetudinē exiſtūt ꝑ quę exercitꝰ ꝑmixtione pręliorum agnoſcitur.

¶ De buccinis. Cap. IIII.

Buccina ē q̄ ſignū dat̄ ī hoſte: dicta a voce q̄ſi vocina. Nā pagani agreſteſqꝫ ad omnem vſū buccina ad cōpeta ꝯuocabāt̄: ꝓp̄e q̊ hoc agreſtibꝰ ſignū fuit. De quo. Pꝛoꝑtiꝰ: Buccina cogebat p̄ſcos ad arma qrites. Huiꝰ clangoꝛ buccinū dr̄. Tubā tyrheni p̄mū ivenerūt vñ. Virgilius. Tyrrhenuſqꝫ tubę mugire ꝑ ęthera clāgoꝛ. Hāc.n. a thirenis p̄dōibꝰ excogitatā dn̄t cū diſꝑſi circa maritimas oꝛas non facile ad q̄ꝫcūqꝫ p̄de occaſiōeꝫ voce aut buccina ꝯuocarent̄ vētopleꝛūqꝫ obſtrepēte. Hinc poſtea bellicȷs certamibꝰ adhibita ē: ad denuncianda ſigna bellorū vt vbi exaudiri p̄copꝛę tumltu ñ poterat: ſonitꝰ tubę clāgētis attigeret. Tuba āt dcā q̄ſi toffa.i. caua: Itē tuba q̄ſi tibia. Inter tubā āt ⁊ buccinā veteres diſcernebāt. Nā buccia iſonās ſollicitudinē ad bella d̄nūciabat. Vir. Qua buccnia ſignū dira d̄dit. Tuba āt p̄liū idicabat: vt At tuba terribili ſonitu. Cuius ſonitus varius eſt. Nam interduꝫ canitur vt bella committantur: interdum vt inſequantur eos qui fugiūt: interdum receptui. Nā receptus dicitur quo ſe exercitus recipit: vñ ⁊ ſigna receptui canere dicunt̄. Claſſica ſunt coꝛnua quę cōuocādi cauſa erant facta: ⁊ a calando claſſica dicebant̄. De ꝗbus Virgilius. Claſſica iāqꝫ ſonant. Apud amaçonas aūt nō tuba ſicut a regibus: ſꝫ a regina ſiſtro vocabatur fęminaꝝ exercitus.

¶ De armis. Cap. V.

Arma generalr̄ oīuꝫ reꝝ inſtrumenta ſunt: vñ ⁊ vbi reponūt̄: armaria dicta ſūt. Itē arma ⁊ tela oīuꝫ geneꝝ: ſꝫ arma ſunt ꝗbus ipſi tuemur: tela q̄ emittimus. Nā arma duplicia ideſt qubus ꝑcutimur vel quibus tegimur. Arma autē ꝓpꝛie dicta ſunt: eo ꝙ armos tengunt. Nam arma vel ab armis dicūt̄.i. humeris: vt latus hic aſta ꝑ armos acta tremit: vel απο του αρηοσ.i. a marte.

¶ De gladȷs. Cap. VI.

Gladius generaliter dicit̄ enſis in pręlio: ſꝫ enſis ferꝝ tm̄: gladius vero totus. Pꝛopꝛie aūt appellat̄ gladius ꝙ gulaꝫ diuidit.i. ceruicem ſecat. Ad hoc enim p2imū eſt factus. Nam cętera mēb2a ſecuribus magis cędūtur: collum gladio tm̄. Acies autē gladȷ ab acumine dicta eſt. Capulus vocatur, vel q2 caput eſt gladȷ: vel q2 ibi capitur vt teneatur. Nam alibi

Ayuntamiento de Madrid

acies ferri nõ finit. Mucro nõ tm̃ gladij ē: ſꝫ cuiuſlibet teli acumē: dictus a longitudine. Naꝫ macron grȩci longuꝫ dicunt: hinc ⁊ macherȩ. Machera aūt eſt gladius longus ex vna parte acutꝰ. Framea vero gladius ex vtraqꝫ parte acutus: quā vulgo ſpatam vocāt. Framea aūt dicta q̇ꝛ ferrea eſt. Nam ſicut ferramētū: ſic framea dicit̄: ac ꝓinde oms gladius rompheа. Spata a paſſione dicit̄ grȩco verbo: qm̃ patin grȩce dicitur pati: vñ ⁊ patioꝛ ⁊ patit̄ dicimꝰ. Alij ſpataꝫ latine autumant dictā eo ꝙ ſpacioſa ſit. i. lata ⁊ ampla. Unde ⁊ ſpatula in pecoribꝰ. Semiſpatiuꝫ gladius eſt a media longitudine ſpatȩ appellatus: nõ vt imprudēs vulgus dicit: ſine ſpacio: dum ſagitta velocioꝛ ſit. Pugio a pungendo ⁊ tranſfigendo vocat̄. Eſt. n. gladiꝰ paruus ⁊ biſacutꝰ lateri adhȩrēs. Idē ⁊ clunabulū dictū: ꝙ religet̄ ad clumen. Celidoniacꝰ gladiꝰ: ferꝝ ē latū cuiꝰ duplex mucro ac bifurcus in modū caudȩ hirūdineȩ format̄: vnde ⁊ celidoniacꝰ dicit̄. Sica a ſecādo dicta eſt. Eſt. n. gladius breuis quo maxime vtunt̄ qui apud italos latrocinia exercēt: a quo ⁊ ſicarij dicti ſunt. Trāquillinꝰ aūt dicit: dū cuiuſdā gladiatoris i ludū emiſſi gladiꝰ curuatꝰ fuiſſet: ex acie recta ꝑcurrit vnꝰ ad eū corrigendū: tumqꝫ a pugnāte riſum ē: ſica pugnabo: inde ſicȩ nomē datū eſt. Secures ſigna ſunt: quȩ ante cõſules ferebāt̄: ne aut vſuꝫ ꝑderēt belli: aut vacātes ocio aſpectum amitterēt gladioꝝ. Quas ⁊ hiſpani ab vſu francoꝛuꝫ per deriuationem franciſcas vocant.

De aſtis. Cap. VII.

ASta eſt contus cū ferro: cuius diminutiuū facit aſtile. Nomē aūt aſta ab aſtu ſubſumpſit: vnde ⁊ aſtutia. Contꝰ ferrum nõ habet: ſꝫ tm̃ cuſpide acuta eſt. Uirgiliꝰ. Ferrataſqꝫ trudes ⁊ acuta cuſpide contos. Contꝰ auteꝫ q̄ſi conitꝰ. Eſt. n. conitus acuta rotunditas. Trudes amites ſūt: cū limato ferro: q̄ grȩci apluſtria dicūt. Trudes aūt dñr ab eo ꝙ trudūt ⁊ õtrudūt. Uirgiliꝰ. Ferrataſqꝫ trudes. Uenabula dcā q̄ſi venatui habilia. Excipia q̇ꝛ veniētē excipiūt: q̄ſi excipiabilia. Excipiūt. n. apros: expectāt ſuſcipiūtqꝫ leões: ītrāt vrſos: ſit tm̃ firma manus. Lancea ē aſta amētū hñs i medio. Dicta aūt lācea ꝙ ȩq̄ lance. i. ȩq̄li amēto ponderata vibrat̄. Amētū vinculū eſt iaculoꝝ aſtiliū qđ medijs aſtis aptat̄. Et ide amentuꝫ: q media aſta religat̄ vt iaculet̄. Claua ē q̄lis fuit hercul': dcā ꝙ ſit clauis ferreis inuicē religata: ⁊ ē cubito ſemis facta in lõgitudine. Hȩc ⁊ cateia quā Horatiꝰ caiā dicit. Eſt. n. genꝰ gallici teli ex materia q̄ꝫ maxime lēta: q̄ iactu nõ q̄dē longe ꝓpter grauitatē euolat: ſꝫ quo ꝑuēit vi nimia ꝑfringit: ꝙ ſi ab artifice mittat̄: rurſuꝫ redit ad eū q miſit. Huius meminit Uirgilius dicēs. Teutonico ritu ſoliti toꝛquere cateias. Uñ ⁊ eos hiſpani ⁊ galli teutonos vocāt. Falarica ē telum ingēs toꝛno factū hñs ferꝝ cubitale ⁊ rotūditatē de plūbo in modū ſphȩre i ipa ſūmitate: dr̄ etiā ⁊ ignē habere affixū. Hoc āt telo pugnat̄ de turribꝰ q̄s falas dici manifeſtū eſt. Iuuenal'. Cõſul' añ falas delphinoꝝūqꝫ ⁊ colūnas. A fal' igr̄ dicta ē falarica: ſicut a muro mural'. Sane falaricā Lucanus dicit neruis mitti toꝛtilibꝰ ⁊ quȩdam machina: vt nūc vibrata falarica neruis. Uirgiliꝰ vo ait turnū manu falaricа iaculaſſe. Pila ſunt arma iaculoꝝ atqꝫ teloꝝ a toꝛquendo vl' emittēdo vocata. De q̄bus Lucanus. Signa pareſqꝫ aq̄las ⁊ pila minantia pil'. Cuiꝰ ſing'lare pilū dicit̄. Telū vocat̄ ſm̄ grȩcā etymologiaꝫ ἀπὸ τοῦ τηλόθεν q̄ꝙ longe iaci põt: q̄ꝫq̄ꝫ abuſiue dicat̄ ⁊ gladius: vt eſt illud. At nõ hoc telū mea qđ vi dextra verſat. Pꝛopꝛie aūt teluꝫ a lõgitudine dicit̄. Unde ⁊ muſtela dicitur ꝙ longioꝛ ſit q̄ꝫ mus. Cuſpis aſtile amentatū a ceſpite dicta: qđ ē virgultum. Uirgilius. Et paſtoꝛalē pȩfixa cuſpide mirtijuꝫ. Pꝛopꝛie autem cuſpis poſterioꝛ pars aſtȩ eſt.

De ſagittis. Cap. VIII.

SAgitta a ſagaci iactu. i. veloci ictu vocata. Pennis. n. fert̄ q̄ſi auis: vt celeriter moꝛs ꝑcurrat ad hoīeꝫ. His ꝑmū cretēſes vſi ſūt. Quibꝰ pennȩ iõ vt diximꝰ agglutināt̄ vt leues ſint ⁊ ꝓuolēt ſcutatos. Spicula ſunt ſagittȩ vl' lanceȩ breues: ab ſpicaꝝ ſpecie nūcupatȩ. Scoꝛpio ē ſagitta venenata arcu vl' toꝛmētis excuſſa. Quȩ dum ad hominē venerit: virus quo figit infundit: vnde ⁊ ſcoꝛpio nomen accepit.

De pharetris. Cap. IX.

PHaretra ſagittaꝝ theca: a ferēdo iacula dicta: ſicut ⁊ pheretrū vbi fūnꝰ defert̄: quȩ iõ etymologiā cõmuneꝫ hñt q̇ꝛ pharetra moꝛteꝫ: pheretrū moꝛtuū poꝛtat. Coꝛiti' ꝓꝑe ſūt arcuū thecȩ: ſicut ſagittaꝝ pharetrȩ. Uagina appellat̄ eo ꝙ i ea mucro vel gladiꝰ bainlet̄. Theca ab eo ꝙ aliq̄d receptū tegat c. littera ꝓ g: poſita. Alij grȩco noīe thecam vocari aſſerūt ꝙ ibi reponat̄ aliq̄d. Inde bibliotheca libꝛoꝝ repoſitio dicit̄. Dolones ſunt vaginȩ ligneȩ: inter quas latet pugio ſub baculi ſpecie. Dolones aūt a dolo dicti ſunt ꝙ fallāt ⁊ decipiāt ferro cū ſpēꝫ ꝓferāt ligni. Hos vulgꝰ grȩco noīe oxos vocāt. i. acutes. Uñ ⁊ apud medicos acutꝰ moꝛbꝰ oxea vocat̄. Arcus vocat̄ eo ꝙ arceat aduerſarium. Inde ⁊ arces dñr a q̄bus arcent̄ hoſtes. Itē arcus ob ſpeciē: ꝙ ſint curuati artius.

De fundis. Cap. X.

FUnda dicta eo ꝙ ex ea fundant̄ lapides. i. emittant̄. Haꝝ vſus ꝑmū in iſul' quȩ baleares dicūt̄ inuentus eſt. Uirgilius: balearis verbera fūdȩ. Baliſta genꝰ toꝛm̄ti: ab emittendo iacula dicta. Bali enim grȩce mittere dicitur. Toꝛquet̄ enim verbere neruoꝝ ⁊ magna vi iacit aut aſtas aut ſaxa. Inde ⁊ fundibalus q̄ſi fundēs ⁊ emittēs. Cõtra baliſtā teſtudo valet. Series. n. fit armoꝝ vmbonibus inter ſe colligatis.

De ariete. Cap. XI.

ARieti nomē ſpecies dedit: eo ꝙ cum impetu īpingit muꝝ in modū arietū pugnātiuꝫ. Ualidȩ. n. ac nodoſȩ arboꝛis caput ferro veſtit̄: eaqꝫ ſuſpenſa funibꝰ multoꝝ manu ad murū impellitur: deinde retroꝛſum ducta: impetu maioꝛe deſtinat̄: ſicqꝫ ictibꝰ crebꝛis cõcuſſuꝫ muri latus cedit: cauatumqꝫ irrumpit ac feneſtrā facit. Cõtra impulſuꝫ arietis remediū eſt: ſaccus paleis plenus ⁊ in eū locū dimiſſus quo aries ꝑcutit. Laxo. n. ſaccoꝝ ſinu ictus arietis illiſus mollit̄. Durioꝛa. n. mollioꝛibꝰ facilꝰ cedūt. Plutei ſūt crates coꝛio crudo itextȩ: q̄ i oꝑe faciēdo hoſti obijciūt̄. Muſculus cuniculo ſimilis fit quo murus perfodit̄: ex quo ⁊ appellatur: quaſi muruſculus.

De clypeis. Cap. XII.

CLypeus ē ſcutuꝫ maiꝰ: dictꝰ ab eo ꝙ clepet. i. celet corpꝰ: ꝑiculiſqꝫ ſubducat: ἀπὸ τοῦ κλέπτειν. Oppoſitus. n. ſua defenſione ab aſtis ⁊ iaculis coꝛpꝰ munit. Clypeus āt peditū ē: ſcutū eq̄tū. Scutū appellatū eo ꝙ a ſe excutiat teloꝝ ictū. Ut. n. telis reſiſtat̄: clypeꝰ añfert̄. Umbo ſcuti ꝑs media ē: q̄ſi vmbilicus. Ancile vocat̄ ſcutū breue ⁊ rotūdū. De quo Uirgilius. Leuaqꝫ āncile gerebat. Et ācile dcm̃ ab anciſiõe ꝙ ſit ab omi ꝑte veluti āciſuꝫ ac rotundū. Ouidiꝰ. Idqꝫ ancile vocāt ꝙ ab oī ꝑte reciſuꝫ. Quaqꝫ notes ocul' ang'ls oīs abeſt. Pelta ſcutū breuiſſimū i modū lunȩ medīȩ. Cuiꝰ meminit liber regū. Fecit rex ſalomõ ducēta ſcuta de auro puro: ⁊ trecētas peltas ex auro pꝛobato. Cetra ſcutū loꝛeū ſine ligno: quo vtunt̄ afri ⁊ mauri. De quo poeta. Leuā cetra tegit. Parma leuia arma q̄ſi paruꝰ clypeꝰ. Dicit̄ aūt ⁊ teſtudo ſcutū. Nā i modū teſtudinis fit

Ayuntamiento de Madrid

clypeus. Eſt ⁊ teſtudo ſcutoꝝ cõnexio curuata ĩ teſtudinis modũ. Nãqȝ in armatoꝝ generibus milites ẽt ab aialibus noĩa ſumũt: vt aries. Et Saluſtius: ĩ modũ ingt herity militaris. ¶ De loricis. Cap. XIII.

Orica vocat̃ eo ꝙ loris careat: ſol̃.n. circulis ferreis
l cõtexta ẽ. Squama ẽ lorica ferrea ex laminis ferreis aut ęreis cõcatenata: ĩ modũ ſquamę piſcis: ⁊ ex ipſo ſplẽdoꝛe ſq̃maꝝ ⁊ ſilitudĩe nũcupata ẽ. De cilitys aũt ⁊ poliũt ⁊ regũt̃ loricę. ¶ De galeis. Cap. XIIII.

Aſſis de lamina ẽ: galea de corio. Naȝ galeros coriũ
c dr̃. Caſſidẽ ãt a tuſcis noiatã dicũt. Illi.n. galeã caſſiȝ noiant: credo a capite. Apex ẽ qđ in ſũma galea eminet: quo figit̃ criſta: quã gręci conũ vocãt. Nã conus ẽ curuatura quę in galea prominet ⁊ ſupra quã criſtę ſunt.

¶ De foro. Cap. XV.

FOrus exercẽdaꝝ litiũ loc⁹: a fando dictus: vł a phoroneo rege q̃ p̃mus gręcis legeȝ dedit. Qui locus ⁊ roſtra vocat̃ ab eo ꝙ ex bello punico captis nauibus carthaginẽſiũ: roſtra ablata ſunt: ⁊ ĩ foro romão p̃fixa: vt eẽt huius inſigne victorię. Conſtat autẽ forus cã: lege: ⁊ iudice. Cã vocat̃ a caſu quo euẽit. Eſt.n. mã ⁊ origo negocy: necdũ diſcuſſiõis examine patefacta: q̃ dũ ꝓponit̃ cã ẽ: duȝ diſcutit̃ iudiciũ ẽ: duȝ finit̃ iuſticia: vocatũ aũt iudiciuȝ q̃ſi iuriſdictio: ⁊ iuſticia q̃ſi iuris ſtatus. Iudicium ãt p̃us inq̃ſitio vocabat̃. Vñ ⁊ actoꝛes iudicioꝝ: ⁊ ꝓpoſitos q̃ſtoꝛes: vł q̃ſitoꝛes vocam⁹. Negociuȝ mł'ta ſignificat: mõ actũ rei alicui⁹: cui cõtrariuȝ ẽ ociuȝ: mõ actionẽ cauſę: qđ ẽ iurgiũ litis. Et dcm̃ negociuȝ q̃ſi nec ocium. i. ſine ocio. Negociuȝ ãt ĩ cauſis: negociatio in cõmertys dr̃: vbi aliqđ dat̃ vt maioꝛa lucrent̃. Iurgiuȝ dcm̃: q̃ſi iuris gariuȝ: eo ꝙ hi q cãm dicunt iure diſceptẽt. Lis a cõtẽtõe limitis p̃us nomen ſumpſit. De q̃ Uirgilius. Limes erat poſit⁹ litẽ vt diſcerneret agri. Cã aut argumẽto: aut ꝓbatõe cõſtat. Argumentuȝ nunq̃ teſtibus: nunq̃ tabulis dat ꝓbationẽ: ſȝ ſola ineſtigatione inuenit veritatẽ: vñ ⁊ dcm̃ argumẽtuȝ. i. argutũ inẽtũ. Probatio ãt teſtibus ⁊ fide tabulaꝝ cõſtat. In omni ãt iudicio ſex pſonę requĩrũt̃: iudex: accuſatoꝛ: reus: ⁊ tres teſtes. Iudex dict⁹: q̃ſi ius dicẽs pp̃lo: ſiue ꝙ iure diſceptet. Iure aũt diſceptare ẽ iuſte iudicare. Nõ ẽ ãt iudex ſi nõ ẽ in eo iuſtitia. Accuſatoꝛ vocatus: q̃ſi adcauſatoꝛ: q2 ad cãm vocat eũ quẽ appellat. Reus a re q̃ petit̃ nuncupat̃: q2 q̃uis ſceleris cõſcius nõ ſit: reus tñ dr̃: q̃ diu ĩ iudicio ꝓ re aliq̃ petit̃. Teſtes ãtiq̃tus ſupſtites dicebãt̃: eo ꝙ ſup ſtatuȝ cauſę ꝓferebant̃. Nũc parte ablata nois teſtes vocãt̃. Teſtis ãt cõſiderat̃: cõditõe: nã: ⁊ vita. Cõditõe ſi liber: nõ ſeruus. Naȝ ſępe ſuus metu dominãtis teſtimoniũ ſupprimit ỽitatis. Nã: ſi vir nõ fęmina. Nã variuȝ ⁊ mutabile ſemp fęmina. Uita: ſi inocẽs ⁊ integer actu. Nã ſi vita bona defuerit: fide carebit. Nõ.n. põt iuſticia cũ ſcelerato hr̃e ſocietatẽ. Duo ſunt autẽ genera teſtiũ: aut dicẽdo id qđ viderunt: aut ꝓferẽdo id qđ audierunt. Duobus autẽ modis teſtes delinquunt: cuȝ aut falſa promunt: aut vera ſilentio obtegunt.

¶ De ſpectaculis. Cap. XVI.

SPectacula vt opinoꝛ: generalr̃ noiant̃ voluptates: q̃ nõ ꝑ ſemetipſa iquinãt: ſȝ ꝑ ea q̃ illic gerunt̃. Dcã aũt ſpectacła eo ꝙ hoib⁹ publica ibi p̃beat̃ iſpectio. Hec ⁊ ludicra nuncupata: ꝙ ĩ ludis gerãt̃: aut ĩ ſcęnis. Ludoꝝ oꝛigo ſic tradit̃. Lydy ex aſia trãſeuntes in hetruria cõſederũt: duce tyrrheno: q̃ fratri ſuo ſucceſſerat in regno. Cõtẽtõe igr̃ ĩ hetruria iter cęteros ritus ſupſtitionũ ſuaꝝ ſpectacula quoq̃ religiõis noĩe iſtituerũt. Inde romani arceſſitos artifices mutuati ſunt: ⁊ ĩde ludi a lydys vocati ſũt. Uarro ãt dicit ludos a luſu vocatos: ꝙ iuuenes ꝑ dies feſtos ſolebãt ludi exultatõe delectare pp̄lm. Vñ ⁊ eum luſuȝ iuuenũ ⁊ diebus feſtis ⁊ tẽplis ⁊ religiõibus deputãt. Nihil iã de cã vocabuli: duȝ rei cã idolatria ſit. Vñ ⁊ p̃miſcue ludi liberalia vocabãt̃ ob honoꝛẽ liberi p̃ris. Ob hoc deſpiciẽda ẽ oꝛigis macła: ne bonũ ęſtimes qđ initiuȝ a malo accepit. Ludus ãt: aut gymnicus eſt aut circẽſis: aut gladiatoꝛius: aut ſcęnicus.

¶ De ludo gymnico. Cap. XVII.

GYmnicus ludus ẽ velocitatis ac viriũ glia. Cui⁹ locus gymnaſiũ dr̃: vbi exercẽt athletę: ⁊ curſoꝝ velocitas cõprobat̃. Hic accidit vt oiuȝ ꝓpe artiũ exercitia gymnaſia dicãt̃. Antea.n. ĩ locis certãtes cincti erãt ne nuderẽtur: poſt relaxato cinglo repẽte ꝓſtratus ⁊ examinatus ẽ q̃dã curſoꝛ: q̃re ex cõſily decreto tũc arcõ ippomenes: vt nudi deiceps oẽs exercitarent̃ ꝑmiſit. Ex illo gymnaſium dictum eſt: ꝙ iuuenes nudi exercentur in campo vbi ſola tñ pudenda operiuntur.

¶ De generibus gymnicoꝝ. Cap. XVIII.

g Enera gymnicoꝝ q̃nq̃. i. ſaltus: curſus: iactus: virt⁹: atq̃ luctatio. Vñ ferũt quendã regẽ tot filios adolẽſcẽtes habẽtẽ: totidẽ generibus de regno iuſſiſſe cõtendere.

¶ De ſaltu. Cap. XIX.

ſ Altus dictus quaſi exilire in altum. Eſt enim ſaltus altius exilire vel longius.

¶ De curſu. Ca. XX.

c Urſus a velocitate cruꝝ vocat̃. Eſt.n. curſus celeritas pedũ. ¶ De iactu. Cap. XXI.

i Actus dict⁹ a iaciẽdo: vñ ⁊ piſcatoꝛiũ rete iaculũ dr̃. Huic arti vſus ẽ arreptos lapides ꝓcul ferire: haſtas pondere libꝛato iacere: ſagittas arcu emittere.

¶ De virtute. Cap. XXII.

v Irtus ẽ imẽſitas viriũ in laboꝛe ⁊ pondere coꝛpis.

¶ De luctatione. Cap. XXIII.

l Uctatio a lateꝝ cõplexu vocata: q̃bus cominus certantes innitent: q̃ gręca appellatione athletę vocãt̃. Locus autem luctationis palęſtra dicitur.

¶ De paleſtra. Cap. XXIIII.

p Aleſtrã ãt vł ἀπὸ τοῦ πάλης. i. a luctatõe vł ἀπὸ τοῦ πάλλειν. i. a motu ruinę fortis noiatã dicũt. ſ. ꝙ ĩ luctãdo cũ medios arripiant ferę q̃tiunt: idq̃ apud gręcos πάλλειν vocat̃. Quidã opinãt̃ artẽ luctãdi viſoꝝ cõtẽtõe mõſtratã. Nãq̃ iter cęteras feras eos ſolos ⁊ erigi congreſſos ⁊ ſubſidere celeriter ac reuerti: ⁊ mõ mãibus tentare iuicẽ: mõ cõplexu abigere ſeſe moꝛe luctantium dicunt.

¶ De agone. Cap. XXV.

q Ue latini certamina: gręci agones vocãt: a frequentia q̃ celebrabãt̃. Siqdẽ ⁊ oẽs cętũ atq̃ cõuẽtum agona dici. Aly ꝙ in circul' ⁊ quaſi ἄνευ γωνίας. i. ſine angulo locis ederent̃ nuncupatos agones putant.

¶ De generibus agonum. Cap. XXVI.

a Gonũ genera fuiſſe: imẽſitas viriũ: curſus celeritas: ſagittãdi pitia: ſtãdi patiẽtia: ad citharã quoq̃ vel tibias icedẽdi geſtus: de moꝛibus quoq̃: de foꝛma: de cãtãdi modulatione: terreſtris quoq̃ belli: ⁊ naual' p̄ęly: perpetiẽdoꝛũq̃ ſupplicioꝛum certamina.

¶ De ludis circenſibus. Cap. XXVII.

l Udi circẽſes ſacroꝝ cã deoꝝ ac gẽtiliũ celebꝛationibus iſtituti ſũt: vñ ⁊ q eos ſpectãt dęmonũ cultibus iſeruire videt̃. Nã res eq̃ſtris aña ſimplex agebat̃: ⁊ vtiq̃ cõis vſus huius reatus nõ erat. Sȝ cuȝ ad ludos coactus ẽ nãlis vſus: ad dęmõloꝝ cultũ trãſlatus eſt. Itaq̃ caſtoꝛi ⁊ polluci deputant̃ hę ſpẽs: q̃bus equos a mercurio diſtributos hiſtoꝛię docẽt: ſȝ ⁊ neptunus eq̃ſtris ludus ẽ quẽȝ gręci ippon vocãt: ſȝ ⁊ marti ⁊ ioui ĩ ludis eq ſunt cõſecrati: ⁊ ipſi q̃drigis p̃ſũt. Circẽſes aũt ludi iõ dci vł a circũeundo: vł ꝙ vbi nũc metę ſũt: oliȝ gladij ponebãt̃: q̃s q̃drigę circũibãt.

Ayuntamiento de Madrid

⁊ īde dicti circēſes ab enſibꝰ circa quos currebāt. Siqdem in littore circa ripas fluminū curſus agitātes gladios in ordine in ripę littore ponebāt: ⁊ erat artis equū circa ꝑicula torq̄re. Inde ⁊ circēſes dicti putāt̄: quaſi circum enſes.

¶ De circo. Cap. XXVIII;

CIrcus ſoli ꝑncipl'r ꝯſecratꝰ ē a paganis: cuiꝰ ędes medio ſpacio ⁊ effigies ď faſtigio ędis emicat: qđ nō nulli putauerūt ſub tecto ꝯſecrādū: quē ī apto hn̄t. Eſt āt circus oē illud ſpaciū qđ circuire eq̄ ſolēt. Hūc romāi dcīn putāt a circuitu equoꝝ: eo ꝙ ibi circum metas eq̄ currant. Gręci vō a circe filia ſol' q̄ p̄ri ſuo hoc genus certaminis īſtituit aſſerūt nūcupatū: ⁊ ab ea circi appelatiōnē argumentāt̄. Fuit āt maga ⁊ venefica: ⁊ ſacerdos dęmonū. In cuiꝰ habitu ⁊ ope magicę artis: ⁊ cultꝰ idolatrię recognoſcit̄.

¶ De ornamentis. Cap. XXIX.

o ORnamēta circi: oua: meta: obeliſcus: carcer. Oua honori caſtoris ⁊ pollucis aſcribunt: q̄ illos ouo editos credēdo de cygno ⁊ ioue nō erubeſcūt. Fingūt āt circēſia romāi ad cās mūdi referre: vt ſub hac ſpē ſupſtitiōēs vanitatū ſuaꝝ excuſent.

¶ De metis. Cap. XXX.

m METaꝝ quippe appellatōe ꝓprie terminū ac finē mūdi deſignare volunt: ab eo ꝙ aliquis emēſus finis ē: ſiue ad teſtimonium orientis occidentiſq̄ ſolis.

¶ De obeliſco. Cap. XXXI.

OBeliſcū mefferes rex egypti p̄mꝰ feciſſe fertur tali ex cā. Cū quodā tp̄e nilus violēti inundatōe ęgyptū nocuiſſet: īdignatꝰ rex tāq̄ pęnas a fluie exigeret ſagittā ī vndas miſit. Nō ml'to poſt graui valitudine correptꝰ: lumē amiſit: q̄ poſt cęcitatē viſu recepto duos obeliſcos ſoli cōſecrauit. Obeliſcus. n. ſagitta dr̄: q̄ ideo ī medio circo ponit̄: q꞉ ꝑ mediū mundū ſol currit. Medio āt ſpacio ab vtraq̄ meta ꝯſtitutus obeliſcus: faſtigiū ſūmitatēq̄ cęli ſignificat cū ſol ab vtroq̄ ſpacio medio horaꝝ diſcrimie trāſcēdit. Sūmo obeliſco ſuppoſitū ē qđdā auratū ī modū flāmę formatū: qm̄ ſol plurimū caloris atq̄ ignis hꝫ.

¶ De carceribꝰ. Cap. XXXII.

i IN circo vn̄ emittūt̄ eq̄ carceres dixerūt ab ea re q̄ ⁊ ille carcer q̄ ē ī ciuitate: ꝙ vt ibi hoīes dānati atq̄ īcluſi: ita hic eq̄ coercēt̄ ne exeāt anq̄ ſignū emittāt.

¶ De aurigis. Cap. XXXIII.

ARs circi: auriga ⁊ currꝰ: eq̄tes vl' pedites. Auriga ꝓprie dictꝰ ꝙ currū agat ⁊ regat: ſiue ꝙ feriat iunctos equos. Nā aurit ferit dicimꝰ: vt latꝰ aurit aptū. Ipe ē ⁊ agitator. i. verberator ab agēdo dictꝰ. Aurigę āt duobꝰ coloribꝰ ſūt: q̄bus ſpēm idolatrię veſtiūt. Nā praſinꝰ terrę: venetꝰ cęlo ⁊ mari a paganis dedicatus eſt.

¶ De quadrigis. Cap. XXXIIII.

ERichthoniꝰ āt q̄ regnauit athēis ꝑmus q̄ttuor equos iūxiſſe fert̄: ſicut Virgiliꝰ auctorē dicēs. Primꝰ erichthonius currus ⁊ q̄tuor auſus Iungere equos: rapidiſq̄ rotis inſiſtere victor. Fuit āt minerue ⁊ vulcani filiꝰ de caduca ī terrā libidine vt fabulę ferūt ꝓcreatꝰ: portētū dęmōiacū: imo diabolus q̄ p̄mo iunoni curꝝ dedicauit. Tali auctore q̄drige ꝓductę ſunt.

¶ De curru. Cap. XXXV.

velle ſufficeret ⁊ ſine difficultate ſtatiz actio obtẽperaret.
Diuiſio ⁊ pugna vt ſit in hoĩs aĩo pena pcĩ: ẽ ex p̃mo hoĩe ĩ
oẽs eius filios ꝓpagata: vt qui noluit cũ deo eẽ vnit⁹: eſſet
in ſeipſo diuiſus: ⁊ qui iperãti dñ̃o noluit eẽ ſubiect⁹: fieret
ſibimetipſi rebellis atq̃ꝫ ꝯ̃rius. Uñ nec ſibi poterit ſubiu
gari: ſi p̀us deo nõ fuerit ſubiugat⁹: ſibiq̃ꝫ ſeruiet nolẽs qui
deo noluit volẽs: Cũ varie ꝑ diuerſa humanũ defluxit ge
nus: dũ ſe ab vna ſtabili ſempq̃ꝫ manẽte diuinitatis ſolidi
tate ſubtraxit. Nã duz opus qðlibet appetit: quaſi ibi iam
regem mẽtis infigit. Sed duz ei nõ ſufficit: mutata inten
tione ad alias atq̃ꝫ alias actiones tranſit. dũq̃ꝫ per diuerſa
requiẽ ſolidam querit nec inuenit: in labore miſer et varie
tate viuit ⁊ vacuus a requie manet. Quãuis eadẽ mutabi
litas nõ ſit hoĩ cõcreata: ſed pro merito p̃me preuaricatio
nis illi acceſſerit: iam tamen naturalis facta eſt: qꝛ origina
liter a primo hoĩe ſicut ⁊ mors in omnes hoĩes tranſijt.

De anima ceteriſq̃ꝫ ſenſibus. Cap. XIIII.

VIta corporis aĩa. vita aĩe deus eſt. Et ſicut
corpus mortuũ eſt ſine anima: ita aĩa mor
tua eſt ſine deo. Anima hominis nõ eſt ho
mo: ſed corpus qð ex humo factũ eſt: id tñ
homo eſt. Jnhabitãdo aũt in corpore aĩa
ex ipſa participatiõe carnis hoĩs nomẽ ac
cepit. ſicut apoſtolus interiorẽ hominẽ diĉ
animã: non carnẽ cõditam eſſe ad dei imaginez. Male er
go a quibuſdã crediẽ animã hoĩs eſſe corpoream: que per
id ad dei imaginẽ facta eſt: vt ſi nõ incõmutabilis vt deus
eſſet: tamẽ incorporea vt deus exiſteret. Sicut angeli ita ⁊
anime. Habẽt enĩ initiũ: finẽ vero nullũ. Nã quedaz in re
bus tẽporalia ſunt: quedã perpetua: quedã vero ſempiter
na. Tẽporalia ſunt q̃bus ineſt ortus ⁊ obitus. Perpetua q̃
bus ortus: nõ termin⁹. Sempiterna q̃bus nec ort⁹ nec ter
minus. Animaz nõ eſſe partez diuine ſubſtantie vel natu
re: nec eſſe eã prius q̃ꝫ corpori miſceaẽ: ſed tunc eam creari
quãdo ⁊ corpus creaẽ: cui admiſci videẽ. Philoſophorum
ſentẽtie dicunt eſſe animã prius q̃ꝫ naſcatur in corpore. Qð
verũ eſſe nullis approbaẽ indicijs. Nã vtruz antea fuiſſe
mus: nec ipſi nouimus: nec q̃s hominũ dicat habem⁹. Nõ
eſt ergo querẽdũ: qð querẽdo magis eſt irridendũ. Genti
les ⁊ heretici de anima diſputare conanẽ: ſed quomõ de il
la aliquid recte ſentire poſſunt qui auctorem ad cuius ima
ginẽ facta eſt nõ nouerunt: Et ideo multa errore digna di
xerunt. Mutabilis eſt aĩa nõ localiter: ſed tẽporaliter ſuis
affectionibus. Corpus aũt ⁊ loco ⁊ tẽpore mutabile: qꝛ ⁊ tẽ
pore mutatur: ⁊ loco variatur. Qð eſt ad corpus mutatio
locorũ: hoc eſt ad animã mutabilitas cogitationũ. Que va
rietas male motionis tunc menti inheſit: quãdo ab exter
norum contẽplatione primus homo recedens in illo ſtare
noluit a quo male receſſit. Et iuſta dãnatione incõſtans ꝑ
rerũ raptus varietatẽ defluxit. Multũ ex ſua natura ſplẽ
dorem poſſidet anima: ſed fuſcaẽ cõmixtione carnis qua
retineẽ incluſa. Ex eius eniz parte vertiẽ ad peccãdi infir
mitatẽ: Salomõe dicẽte: Corp⁹ qð corrũpiẽ aggrauat ani
mã: ⁊ dep̃mit terrena inhabitatio ſenſuz multa cogitantẽ.

De ſenſibus carnis. Cap. XV.

NOn virtute: nõ ſenſu corporis: ſed rõne mẽ
tis excellimus animalib⁹ ceteris. Pro reb⁹
corporeis vtẽdis ſufficit ſenſus carnis: non
pro ſpiritalibus capiendis. Jllecti autẽ ho
mines vſu corporearũ rerũ nihil putant ali
ud eſſe: preter q̃ carnis ſenſu cõcipiunt. Si
cut precellũt ſibi corporei ſenſus diuerſita
te locorũ: ita ſibimet ⁊ virtute ſentiendi precellũt. Nã ſiĉ
preſtautior eſt odoratus ſapore ⁊ poſitione loci ⁊ ſentiendi
longinquitate: ſic auris odoratu. lõgius enĩ audim⁹ q̃ꝫ odo
ramus: ⁊ ſic oculi auribus. lõgius enĩ videmus q̃ꝫ audim⁹.
Animus autẽ ⁊ loco ⁊ merito his vniuerſis ſenſibus ſuper
fertur. Jn arce enim capitis ꝯſtitutus: qð illi corporaliter
nõ attingunt: iſte ĩtellectualiter cõtuetur. Amplius excel
lit oculoruz ſenſus ceteris ſenſibus: quando q̃dem que ad
alios pertinẽt ſenſus inde dicamus: veluti cũ dicimus: vi
de quõ ſonat: vide quõ ſapit: ſic ⁊c̃. Queãdmodum oculus:
ita ⁊ animus cetera videt ſeſe nõ intueẽ. Aliarũ eniz rerum
origines: ſpẽs ⁊ magnitudines perſpicit. de ſe autẽ tanta ve
ri ignorantia inficiẽ: vt in his omnib⁹ nihil certius contem
pletur. Homo qui miraris ſyderuz altitudinẽ ⁊ maris pro
funditatẽ: ⁊ animi tui abyſſuz ĩtra ⁊ mirare ſi potes. Mul
ta cogitantes ſine ſenſu carnis ⁊ ſine imaginibus viuis ani
mo tñ cernentes intuemur: memoriaq̃ꝫ mentis ibi eas fin
gente tenemus. Multa quoq̃ꝫ intelligimus ſenſu: que lin
gua explere non poſſumus. Jnnoxios eſſe infantes opere:
nõ eſſe innoxios cogitatione: qꝛ motũ quẽ gerunt mẽte: nõ
duz poſſunt explere opere: ac per hoc in illis etas eſt ĩbecil
lis: nõ animus. Ad nutuz enim voluntatis nõdum obtẽpe
rat illis fragilitas corporis: nec adeo opere nocere poſſint:
ſicut cogitatione monenẽ. Ex cauſa vocabuluz ſortita eſt
cogitatio. Cogẽdo enĩ animũ reminiſci qð memorie cõmẽ
datuz eſt: diciẽ cogitatio. Rerũ oĩum theſaurus memoria
eſt. Jpſa eſt enim cuſtos rebus inuẽtis: ipſa cogitatis: de q̃
ad liquidũ difficile eſt aliquẽ diſputare: qꝛ grãdis eius per
plexitas eſt: ⁊ animus ipſe eſt. Jmago a ſenſib⁹ corporis re
mota ſue ſpeciei ſimilitudinẽ relinq̃t in memoria. ſimilitu
dinem autẽ nõ per imagines ſicut cetera: ſed ſicut gaudiũ
ſine imagine reminiſcimur. Dũ obliuionez memoramus:
non per ſeipſaz adeſt. Qꝛ ſi per ſeipſaz adeſſet vtiq̃ꝫ nõ obli
uiſceremur. Cõmunẽ hoĩs animaliũq̃ꝫ eſſe memoriaz: nul
luz autẽ animalib⁹ irrõnabilibus ĩtellectũ ĩeſſe niſi homi
ni tñ predito ratione. Ceteris enim in ipſa qualitate conſi

Ayuntamiento de Madrid

derationis ſue:ſenſus carnis nõ intelligẽtia mentis eſt.
¶ De Chriſto filio dei. Cap. XVI.

FIly dei perfecta natiuitas nec cepit eẽ nec
deſiyt:ne preterita ſit ſi deſiyt ⁊ ne iperfecta
ſit ſi adhuc ſit. ſed ſic eterna ſit ⁊ ꝑfecta q̃
tenus in ea natiuitate eternitas ⁊ perfectio
habeaᷣ. Ex vtero virginis minoꝛ diciᷣ pr̃e
xp̃s:videlicet iuxta humanã aſſumptionẽ:
nõ iuxta diuinitatẽ. Chriſtus ⁊ in forma ſer
ui ſeruus:⁊ in forma ſerui nõ ſeruus. In forma quippe ſui
dñi ſeruus.⁊ in forma ſerui hominũ dñs. Xp̃s in forma ſer
ui ꝓpter cõceptionis excellẽtiã dñs eſt hoĩuꝫ: qꝛ ⁊ ſi ſuſce
pit carnẽ: nõ tñ ex carnis libidinoſa ꝯtagione. Mediatoꝛ
dei atq; hoĩuꝫ homo xp̃s ih̃s nequaq̃ alter in humanita
te alter in deitate eſt: ſed in vtraq; nã idem vnus eſt. Nec
purus hõ ꝯceptus eſt: nec purus homo editus eſt:nec po
ſtea meritũ vt deus eẽt accepit:ſꝫ deus verbũ manẽte icõ
mutabili eſſentia que illi cũ patre ⁊ ſpũ ſancto ẽ coeterna:
aſſumpſit carneꝫ pro ſalute humana: in qua et ipaſſibilis
pati ⁊ imoꝛtalis moꝛi:⁊ etern⁹ ante ſecula tꝑalis poſſet oſtẽ
di. Mediatoꝛ dei ⁊ hoĩuꝫ hõ xp̃s ih̃s q̃uis aliud ſit ex pr̃e:
aliud ex virgine:nõ tñ alius ex pr̃e alius ex virgine:ſed ip̃e
eternus ex patre:ipſe tꝑalis ex mr̃e: ipſe qui fecit: ipſe qui
factus eſt: ipſe de patre ſine matre: ipſe de matre ſine pr̃e:
ipſe ꝯditoꝛis tẽplũ:ipſe cõditoꝛ tẽpli:ipſe auctoꝛ operis:ip̃e
opus auctoꝛis manẽs vnus de vtroq; in vtraq; nã: nec nã
rum cõpulatione ꝯfuſus: nec nãrũ diſtinctione geminat⁹.
Ideo de⁹ in hoĩe venit: qꝛ per ſeipſuꝫ ab hoĩbus cognoſci
nõ potuit. Sꝫ vñ nobis ꝯſuluit:inde deſpectioneꝫ tulit: q̲a
infirmitatẽ quã pro nobis ſuſcepit: hõ ſuperbus deſpexit.
Ob hoc infirma ⁊ ſtulta mũdi elegit vt foꝛtioꝛa ⁊ ſapiẽtio
ra per que nõ cognoſcebaᷣ cõfunderet. Sicut cibũ foꝛteꝫ
inualidus infans capere nõ põt:niſi a matre prius editus in
lactis ſucũ vertaᷣ: vt qđ in cibo nõ potuit vti: ſuggẽdo po
tetur in lacte per carnẽ:ita ⁊ nos dũ eſſemus infirmi ad cõ
ſpiciendã verbi eternitatẽ: factuꝫ eſt ipſuꝫ verbuꝫ caro vt
enutriti per carnẽ foꝛtioꝛeſq; effecti:cibũ ſolidũ:ideſt ver
buꝫ dñi cũ patre ſempiternũ ꝯtẽplãdo vt angeli ſatiemur.
Prima dei dona eẽ q̲bus nos nobis reos eẽ oſtẽdit: qui dũ
iaceremꝰ ſub reatu culpe iuſtos nos eẽ credebamꝰ. Uenit
medicus:patefecit vulnus:compoſuit ſemetipſuꝫ.⁊ de ſua
moꝛte nobis medicinã aptauit:vt nõ eẽt oſtenſoꝛ tm̃ vul
neris ſed ⁊ ſanatoꝛ. Primũ ad iſrl̃ venit xp̃s ſicut ⁊ ipſe ait:
Non ſuꝫ miſſus niſi ad oues que ꝑierũt dom⁹ iſrael. Ad po
pulũ iſrael ꝑ̃us venit:ſꝫ ꝙ nõ eſſent credituri ꝓpheta non
tacuit:dicẽs: Prim⁹ ad ſyon dicet aſſum.⁊ irl̃m euãgeliſtã
dabo: ⁊ vidi ⁊ nõ erat.neq; extitit quiſq̃ qui iniret cõſiliũ:
⁊ interrogatus reſpõderet verbũ. Sꝫ qꝛ ad gẽtes trãſiuit.
ſequiᷣ. Ecce ſeruus meus:ſuſcipiã eũ:electus me⁹:cõplacu
it ſibi in illo aĩa mea:dedi ſpiritũ meũ ſuꝑ eũ:iudiciũ genti
b⁹ ꝓferet. Quãuis oꝛdinẽ noſtre liberationis neſcierit dya
bolus:ſciuit tñ ꝙ pro ſaluatione hoĩuꝫ xp̃s aduenit:ſed ꝙ
ſua idẽ nos moꝛte redimeret ignoꝛauit:vñ eũ occidit. Nã
ſi ille xp̃m per moꝛtẽ redimere humanũ gen⁹ ſciſſet nõ eũ
vtiq; ꝑmiſſet. Qꝛ nouerit dyabolus ꝓ ſalute humani gñis
xp̃ꝫ veniſſe:euãgelij teſtionio doceᷣ. quẽ vt vidit cognoſcẽ
do ꝑtimuit dicẽs: Quid nobis ⁊ tibi filij dei: Ueniſti ante
tẽpus ꝑdere nos. Xp̃s ſicut peccatũ qđ pena dignũ eſt non
admiſit:ita penã pcti noſtri ſuſcepit:vt per ĩdebitã penam
ſuã:debitã ablueret culpã noſtraꝫ: vt ꝑ hoc amitteret dya
bolus quos reos tenebat: duꝫ vnũ interfecit qui nihil pec
cati admiſerat. Ideoq; quos q̃ſi iuſte tenuit amiſit:qꝛ iniu
ſte redẽptoꝛẽ noſtruꝫ occidit. Illuſus eſt dyabolus moꝛte
dñi quaſi auis. Nã oſtenſa xp̃s ſue carnis moꝛtalitate quã
interimẽdã ille appetebat:abſcõdit diuinitatẽ: vt laqueũ:
quo eũ velut auẽ ĩpꝛouidã prudẽti irretiret decipula. Naꝫ
ſi inoxius xp̃s nõ occidereᷣ:hõ dyabolo addict⁹ per ꝑ̃uari
catione nõ abſolutereᷣ. Dyabolus dũ in xp̃o carnẽ humani
tatis impetit que patebat:quaſi hamo diuinitatis eius ca
ptus eſt qui latebat. Eſt enĩ in xp̃o ham⁹ diuinitas:eſca au
teꝫ caro:linea genealogia:que ex euãgelio recitaᷣ. Tenẽs
vero hãc lineã:deus pater eſt:de quo dicit apl̃s: Caput xp̃i
deus. Et lucas: Lineã gnãtionis xp̃i ab imis ad ſũma cõte
xens incboat a ioſeph ⁊ cõſũmat in deũ:duꝫ dicit: Qui fuit
hely.⁊ ꝑficiẽs lineã generis:dicit: qui fuit dei. Iccirco dñs
in ifernũ deſcẽdit:vt his qui ab eo nõ penaliter detineban
tur viã aperiret reuertẽdi ad celos:ſm̃ teſtimoniũ Eſaie ꝓ
phete dicẽtis: Poſuiſti ꝓfundũ maris viã vt tranſirent li
berati. Uiam quippe xp̃s in ꝓfundũ maris poſuit qñ in in
fernuꝫ deſcendẽs ſanctis iter ad celos reuertendi mõſtra
uit. Sãcti ex tꝑe reſurrectionis xp̃i ſtatiꝫ vt de coꝛꝑe exe
unt:mox ad celeſtẽ hitationẽ aſcẽdunt:qđ antiq̲s patribus
nõ dabaᷣ. Nã ante aduẽtuꝫ ſaluatoꝛis: q̃q̃ ſine pena ſup
plicij:tñ nõ in celo ſed in iferno ſanctoꝝ anime tenebanᷣ.
pro q̲bus abſoluẽdis:dñs in ifernũ deſcẽdit. Xp̃s in celum
aſcẽdens diſceſſit quidẽ carne:ſed ꝑ̃ſens eſt maieſtate:ſꝫ il
lud qđ ipſe ait. Ecce ego vobiſcũ ſuꝫ vſq; ad ꝯſũmationeꝫ
ſeculi. Sedet xp̃s ad dexterã pr̃is:nõ vt dexterã coꝛpoꝛeã
hẽat pater: ſed dextera pr̃is btitudo eſt:ſic̃ ſiniſtra miſia.
¶ De ſpiritu ſancto. Cap. XVII.

SPiritus ſanctus creatoꝛ eſt:ſicut pater ⁊ v̄
buꝫ:teſtãte ꝓpheta. Spũs dñi fecit me: et
ſpiraculũ oĩpotentis viuificauit me. Spũs
ſanct⁹ pr̃is ⁊ filij eſt:⁊ inde vnũ ſunt pater ⁊
filius:qꝛ nihil hꝫ pr̃ qđ nõ hꝫ filius. Nõ eniꝫ
res vna ⁊ duoꝝ cõſubſtãtialis poterit ſimlr̃
ab eis ꝓcedere:⁊ ſimul ineſſe: niſi vnũ fue
rit a q̲bus ꝓcedit. Spũs ſancti pignus accepit eccl̃ia: vt ꝑ
eũ i vno coꝛꝑe vnũ fierẽt credẽtes: ꝑ quẽ pater ⁊ fili⁹ vnũ
eẽntialr̃ ſint ipſo ſaluatoꝛe ad patrẽ dicente. Ut ſint vn⁹ ⁊
ſicut ⁊ nos vnũ ſumus. Xp̃s nõ tm̃ a pr̃e ſed etiaꝫ a ſpũ ſan
cto ſe miſſuꝫ teſtaᷣ:dicẽte ꝓpheta: Accedite ad me ⁊ audi
te. Nõ a principio in abſcõdito locutus ſuꝫ vobis: ex tẽpo
re anteq̃ fieret ibi eraꝫ:⁊ nũc dñs miſit me ⁊ ſpũs ei⁹. Spi
rit⁹ ſanct⁹ pro eo ꝙ cõſolatoꝛ ſit:paraclit⁹ nũcupaᷣ. Nã la
tine paracliſis cõſolatio diciᷣ. Et reuera dũ dona ſacramẽ
toꝝ diſtribuit:cõſolationẽ aĩe prebet. Credo equidẽ ꝙ ma
gnã leticiã ſentit qui aliq̲d reuelãte ſpũ dicit. Donũ ſancti
ſpũs in membꝛis eccleſie ſigillatiꝫ diuidiᷣ:⁊ in ſingulis ſin
gula dona tribuunᷣ. Xp̃s autẽ omnẽ plenitudinẽ gratiaꝝ
habuit:de quo ita legiᷣ: Plenus gratia ⁊ veritate. In xp̃o
ergo omnis plenitudo gratiarũ eſt:nã ſingulis electis ſin
gula dona tribuunᷣ. In ſpiritu ſancto omnis gratia dono
ruꝫ cõſiſtit. Ipſe eniꝫ ꝓut vult gratiarũ dona largiᷣ. alijs
dans ſermonẽ ſapientie:alijs ſciẽtie:alijs fideꝫ:atq; ita vni
cuiq; virtute ſpiritus ſancti diuiſio gratiarũ tribuitur. ⁊ in
omnib⁹ idem vnus habetur. Ipſe enim etiã ineffabilia do
cet que pꝛoferre humanus ſermo nõ poteſt. Ante aduẽtuꝫ
domini tm̃ ꝓphete ⁊ pauci ex omni populo iuſti donũ ſan
cti ſpũs merebãᷣ. poſt aduẽtũ autẽ domini ſpũs ſanct⁹ cũ
ctis eſt credẽtibus diſtribut⁹:iuxta quod per ꝓphetam do
minus loquitur dicens: Et erit in nouiſſimis diebus effun
dam de ſpiritu meo ſuper omnẽ carneꝫ: ⁊ pꝛophetabunt fi
lij veſtri ⁊ filie veſtre. Cunctis enim nunc gentibus gratia
ſancti ſpiritus tradita eſt.neq; in paucis aut in populo iſra
el:ſed in omni credentium multitudine ſpiritus ſancti gra
tia manet. Aliquando nõ dignis ⁊ repꝛobis dona ſancti ſpi
ritus conferuntur. ſicut ſaulo data eſt ꝓphetia ⁊ balaam.
Unde ⁊ multi in fine dicturi ſunt: domine virtutes in tuo
nomine fecimus:quibus dicturus eſt domin⁹: Neſcio vos
vnde eſtis. Xp̃i aduentuꝫ nõ tm̃ plebis iudee ſancti ꝓphe
tantes expectauerũt:ſed fuiſſe etiam in nationib⁹ pleroſq;

Ayuntamiento de Madrid

ſanctos viros prophetie donuꝫ habentes: quib⁹ per ſpiritũ ſanctum chriſtus reuelabatur ⁊ a quib⁹ eius expectabaꞇ̃ aduentus. ſicut Job. ſicut balaam qui xp̄i vtiq̃ꝫ predicauerunt aduentum. Conuerſio gentiũ veteri populo latebat. ſed tamẽ in cõſilio dei erat vt fieret. ⁊ iam tunc a ſanctis ꝓphetis occulte per ſpiritũ ſanctũ predicabaꞇ̃ aduent⁹ xp̄i. ſicut dicit propheta: Cũ appropinquauerint anni cognoſceris: dum aduenerit tempus oſtenderis. Nunc vero reuelatũ patet quod tunc carnalibus latebat: ſpiritualibus vero notum erat. nondum tamen manifeſte dicebatur: eo ꝙ tẽpus oſtenſionis non eſſet.

¶ De lege. Ca. XVIII.

Via per quã itur ad xp̄m lex eſt per quaꝫ vadunt iuſti ad deuꝫ. ⁊ vt eſt intelligunt eaꝫ. Sanctarũ ſcripturarũ altitudo quaſi montes paſcue ſunt: ad quos dũ quiſq̃ꝫ iuſtoꝝ conſcendit: ſe paſcue indeficientis refectionem inueniſſe congaudet. In ſcripturis ſanctis quaſi in mõtibus excelſis: ⁊ viri perfecti habent ſublimia intelligentie: quib⁹ greſſus cõtemplationis quaſi cerui erigant: ⁊ ſimplices quaſi parua animalia inueniunt modicos ĩtellectus: ad quos humiles ipſi refugiant. Scriptura ſacra infirmis ⁊ ſenſu paruulis ſm̄ hiſtoriam humilis videtur in verbis: cum excellentioribus autẽ viris altius incedit: dum eis ſua myſteria pãdit: ac ꝑ hoc vtriſq̃ꝫ manet cõis: ⁊ paruulis ⁊ ꝑfectis. Scriptura ſacra per vniuſcuiuſq̃ꝫ lectoris intelligẽtiã variaꞇ̃: ſicut mãna que populo veteri pro ſingulorum delectatione variuꝫ dabat ſaporem. Juxta ſenſuum capacitatem ſingulis ſermo dominicus cõgruit. Et ſingulis duꝫ ſit ꝓ vniuſcuiuſq̃ꝫ intellectu diuerſus: in ſe tamẽ ꝑmanet vnus. Ideo in libris ſanctis quedã obſcura: quedã aperta reperiunꞇ̃: vt intellectus lectoris ⁊ ſtudiũ augeatur. Nam ſi cuncta paterẽt: ſtatim intellecta vileſcerent. Rurſus ſi cuncta clauſa exiſterent: confeſtim diffidentiã gignerent. Ne ergo de obſcuris deſperatio fiat: ea que manifeſta ſunt ſciant: ⁊ ne de ĩtellectis faſtidiũ exiſtat: ea que clauſa ſunt deſiderium excitãt. Naꝫ pleraq̃ꝫ quãto magis latent: tãto magis deſideriũ prebent. In ſcripturis ſanctis ſepe ea que futura ſunt quaſi facta narrantur: ſicut eſt illud: Dederũt in eſcam meã fel. et potauerunt me aceto. Sed cur futura quaſi preterita ſcribuntur: niſi quia que adhuc faciẽda ſunt in opere: iaꝫ facta ſunt in diuina ꝑ̄deſtinatione: Nobis igitur tẽporaliter accidunt: que a cõditore oĩuꝫ ſine tp̄e ꝓuidentur. Proptera ꝓpheta rerũ futurarũ geſta preterita preſentibus miſcet rebus: vt ita credanꞇ̃ illa futura: queãdmodũ iſta cernuntur eſſe cõpleta. More eniꝫ ſuo per ꝑ̄ſentia de futuris loquiꞇ̃. ſicut in perſona ir̄lm de eccleſia: ⁊ ſicut in perſona effraim de hereticis. Pro factis diuinis plerũq̃ꝫ ⁊ dicta ponunꞇ̃: icirco q᷑ nõ operatiõe manuũ deus: ſed dicẽdi imperio operatur: ſicut ſcriptũ eſt: Dixit ⁊ facta ſunt: mandauit ⁊ creata ſunt. Cꝫ in ſcripturis ſacris vna bis repetiꞇ̃ ſentẽtia: aut cõfirmationis cauſa eſt: aut myſterij: ſicut lex ⁊ gratia: ſic̃ initium ⁊ perfectio: ſicut bonũ ⁊ melius. Lex diuina in trib⁹ diſtinguiꞇ̃ partibus. i. in hiſtoria: in preceptis: ⁊ in ꝓphetis. Hiſtoria eſt in his que geſta ſunt. precepta in his que iuſſa ſunt. ꝓphetia in his que futura ꝓnunciata ſunt. Lex diuĩa triplici ſentiẽda eſt mõ. Primo vt hiſtorice. ſecũdo vt tropologice. tertio vt myſtice intelligatur. Hiſtorice nãq̃ꝫ iuxta litterã: tropologice iuxta moralẽ ſententiã: myſtice iuxta ſpiritaleꝫ intelligentiã. Ergo ſic hiſtorice oportet fideꝫ tenere: vt eã ⁊ moraliter debeamus interpretari ⁊ ſpiritaliter intelligere. Tria ⁊ ſeptẽ: decẽ precepta ſunt: ſed tria ad amorẽ dei pertinent: ſeptẽ ad hoĩes. Jlla tria que ad amorem dei pertinent: in vna tabula ſcripta fuerũt: reliq̃ ſeptẽ in ſecũda. Jn prima tabula triũ mãdatoꝝ hoc primuꝫ eſt: Diliges dñꝫ deũ tuũ. Jn ſcd̄a. Honora patrẽ tuũ ⁊ matreꝫ. Hinc eſt qd̄ ⁊ ſaluator ſcribe ĩterrogãti qd̄ ꝑ̄ceptũ eſt p̄mũ in lege ait: Audi iſr̄l: dñs de⁹ tuus de⁹ vnus eſt hoc p̄mũ eſt. Secũdũ vero ſimile eſt huic. Diliges ꝓximũ tuũ ſicut teipſum. Unum nãq̃ꝫ preceptũ de prima tabula dixit qd̄ ad dei pertinet amorem. alterum vero de alia tabula: quod ad hominis pertinet dilectioneꝫ.

¶ De eccleſia ⁊ hereſibus. Cap. XIX.

Gemina eſt eccleſie pulchritudo. vna quã hic bene viuẽdo conſequiꞇ̃. altera per quã illic ex retributiõe glorificabiꞇ̃. Eccleſie ꝓpter xp̄m gemine tribulationes exiſtunt. i. ſiue q̃s a paganis ꝑtulit in martyrib⁹: ſiue quas ab hereticis ꝑfert in diuerſis ꝯcertatiõib⁹. Utraſq̃ꝫ aũt ꝑ gratiã dei exupat: partim ferendo: partim reſiſtẽdo. Sãcta eccl̃ia catholica ſicut male viuẽtes in ſe patiẽter tolerat: ita male credẽtes a ſe repellit. Sãcta eccl̃ia ꝯ gẽtiliũ atq̃ꝫ hereticoꝝ ꝑtinaciã ſũmope ſapiẽtiã ⁊ patientiã opponere ſtudet: ſꝫ exerceꞇ̃ eius ſapia cũ tentaꞇ̃ verbis: exerceꞇ̃ patiẽtia cũ tentaꞇ̃ gladijs. Nunc enĩ ꝑſecutionib⁹ appetiꞇ̃: nũc falſis aſſertionibus laceſſiꞇ̃. Cauſa prauitatis heretice doctrinis eſt ꝓpagata eccleſia. nã antea ſimplici tm̄ fide vigebat. Hereticoꝝ igiꞇ̃ occaſione ꝓpagati ſunt doctores in fide: ⁊ ꝑ acumina hereſum eccleſie magiſtri creuerunt. Nã tũc clarius manifeſtaꞇ̃ vitatis aſſertio qñ patuerit q̃libet diſſentio. Sãcta eccl̃ia ideo dr̃ catholica: ꝓ eo ꝙ vl̃r per omnẽ ſit mũdũ diffuſa. Nã hereticoꝝ eccleſie in partib⁹ mundi coartanꞇ̃: hec vero in toto orbe diffuſa expandiꞇ̃. paulo atteſtãte apl̃o: Gr̄as inquit ago deo meo ꝓ oĩbus vobis: q᷑ fides veſtra annũciatur in vniuerſo mundo. Hereſes aũt in aliquo angulo mũdi: aut in vna ꝓuincia inueniunꞇ̃ verſari. Eccleſia vero catholica ſicut ꝑ totũ mundũ extendiꞇ̃: ita ⁊ oĩuꝫ gentiliuꝫ ſocietate conſtruiꞇ̃. Qui ſunt heretici niſi qui relicta dei eccleſia priuatas elegerunt ſocietates: de quib⁹ dominus dicit: Duo mala fecit populus meus: me dereliquerũt fonteꝫ aque viue: ⁊ foderunt ſibi ciſternas diſſipatas que continere non valent aquas. Cauſa hereſis ob quaꝫ rem fit: Ad exercitationem fidei. Uis vero per quã fit: obſcuritas eſt diuinarũ ſcripturarũ in qua caligantes heretici aliud q̃ꝫ ſe res habeat intelligunt: nec eſſe poſſunt: q᷑ idipſuꝫ qd̄ exiſtunt hereſes iam nõ ſunt. Male enim ſentiẽdo eſſe iam deſierunt: ad nihilum enim tendunt. Heretici ingenti ſtudio mendacia ſua diſcunt: ⁊ labore vehementi ne in vnitateꝫ eccleſie veniant decertant: de quibus per prophetam cõgrue dicitur: Docuerunt linguaꝫ ſuaꝫ loqui mendaciuꝫ: ⁊ vt inique agerent laborauerunt. Dum viciſſim heretici mutuo ſe lacerant quãdo alterutrũ ſe in proprias ſectas inducũt: ſic tamen in inuicẽ ſeſe colligunt vt contra eccleſiã pari erroris ſpiritu decertent. Et qui ab inuicẽ ſunt diuiſi: in aduerſitate eccleſie ſimul exiſtunt vniti: eiſq̃ꝫ qui pro eo ꝙ tm̄ valeant hereſes videnꞇ̃ habere veritateꝫ: hoc reſpõdẽduꝫ eſt. Nõ ideo ſaluti preponẽdi ſunt morbi: q᷑ plerũq̃ꝫ ita generaliter mundum occupant vt paruũ ſaluti locũ relinquãt.

¶ De hereticis. Cap. XX.

Non poſſe hereticos habere veniaꝫ: niſi per ecceleſiaꝫ catholicaꝫ: ſicut ⁊ amici iob non per ſe placare deũ potuerũt: niſi pro eis iob ſacrificiũ obtuliſſet. Opera bona que heretici faciunt ⁊ iuſticia eoꝝ: nihil eis ꝓdeſt: teſtante dño per hieremiaꝫ: Quia mei oblitus es: ecce ego annũciabo iuſticiã tuam: ⁊ opera tua nõ ꝓderũt tibi. Heretici q̃ꝫuis legem ⁊ ꝓphetias adimpleãt. ex eo tm̄ ꝙ catholici nõ ſũt: nõ eſt de⁹ in eorum conuentibus: ipſo dño teſtante. Si ſteterint moyſes ⁊ ſamuel corã me: nõ ẽ aĩa mea ad ppl̃m iſtũ. Eyce eos a facie

Ayuntamiento de Madrid

mea ⁊ egrediant̄. Per moyſen quippe ⁊ ſamuel legeꝫ accipe ⁊ ꝓphetas: quos q̄uis heretici ope iplere cõtendãt: propter erroris tñ impietatẽ a vultu dei ꝓyciuntur: ⁊ a iuſtoꝝ conuentibus ſeparantur paganus ⁊ hereticus: ille qꝛ nunq̄ fuit cũ dei populo: iſte qꝛ receſſit a dei populo: vterq̄ recedẽtes a xp̄o: ad diaboli ptinẽt corpus. Qui ab idolatria ad iudaiſmũ vel hereſim trãſeũt: iuxta ꝓphetaꝫ: de malo ad malũ egreſſi ſunt: ⁊ dñm nõ cognouerũt: qꝛ de infidelitatis errore in errorẽ aliũ tranſierũt. Cuius doctrinã quiſq̄ ſequit̄: hui⁹ ⁊ filius nuncupat̄: ſicut ⁊ per ꝓphetã amorreũ patrẽ ⁊ cetheã matrẽ eẽ iſrl'o dñs dicit: Nõ vtiq̄ naſcẽdo ſꝫ imitãdo. Sic ⁊ in meliorẽ partẽ filij dei nuncupant̄: q precepta dei cuſtodiunt. Vñ ⁊ nos nõ natura: ſed optione clamamus deo dicẽtes: Pater noſter qui es in celis. Nõ ſolũ tñ natiuitate ſed etiã imitatiõe filios poſſe alicuius vocari. Nã iudei ſm carnẽ filij abrahe: ſm vo ꝯuerſationẽ filij dyaboli nuncupant̄: ac per hoc illi ſũt ſemẽ abrahe q eius imitant̄ fidẽ: nõ qui ex eius gnãti ſunt carne. De errore auctoris trahitur a quibuſdã ⁊ nomẽ ⁊ culpa: vt ipſius vocabulo cenſeat̄ cuius errorẽ ſequit̄: ſicut eccleſie pergami in apocalypſi dr̄. Hẽs tenẽtes dotrinã balaã ⁊ ieçabel. Doctrinã igit̄ balaã dr̄ hr̄e: pp imitationẽ nõ pp p̄ſentiã corporalẽ.

¶ De gentilibus philoſophis. Cap. XXI.

Philoſophi gẽtiũ nõ ſicut oꝫ deũ q̄rẽtes i angelos iciderũt p̄uaricatores factuſq̄ ẽ illis mediator dyabolus ad mortẽ: ſic̄ nobis xp̄s ad vitã. Multũ mũdi philoſophi p̄dicant̄ in dimẽſiõe tpoꝝ: curſuq̄ ſiderũ ac diſcuſſione elemẽtoꝝ. ⁊ tñ hoc nõ niſi a deo habuerunt. Volãdo. n. ſupbe vt aues aerẽ: ⁊ emergentes in ꝓfundũ vt piſces mare. ⁊ vt pecora gradiẽtes terram deſcripſerũt: verũtamẽ tota mẽte auctorẽ eoꝝ intelligere noluerũt. Quare nõ poſſunt aialia bruta interrogare: qꝛ neſciũt ratiocinari. Ideo nõ diſſimiles gẽtiles homines aialibus extiterunt: qui talia nõ ꝯſiderantes: ⁊ ipſa ampli⁹ diligẽtes vſq̄ ad eoꝝ cultũ euanuerũt. Via xp̄s eſt. Siqs in ea nõ gradit̄: nõ eſt quomõ veniat ad deũ. Philoſophi autẽ mundi vtiq̄ deũ cognouerũt: ſꝫ qꝛ diſplicuit illis humilitas xp̄i in inuio trãſierũt ⁊ nõ in via. Ideoq̄ euaneſcẽtes gloriã dei in mẽdaciũ mutauerũt. ⁊ rectitudinẽ vie relinquẽtes in anfractus iciderũt erroꝝ. Primũ vnicuiq̄ ẽ ſcire qd appetat. ſecũdũ vero ẽ vt id qđ appetit app̄hẽdat. Impfecta quippe ſapiẽtia eſt quo tẽdas ſcire. ⁊ neſcire iter per qđ expediat ire. Quid eniꝫ ꝓdeſt ſiqs famis tpe vbertatis regionẽ videat: ⁊ viã per quã ad illã pergat ignorat: Ecce patriã quiſq̄ querit: ſed viã pdidit: errãdo gradit̄: nõ ꝓficiẽdo: quãtoq̄ plus ambulat tãto magis ab eo qđ querit elongat̄. Qui viã regiã: hoc eſt xp̄m deſerit. ⁊ ſi videat veritatẽ a longe videt: qꝛ niſi per viã nõ eſt quomodo ad eã ꝓpinquet. Or ſi gradiens per deſertum leoneꝫ incurrerit: ſemetipſuꝫ redarguat dum in dyaboli faucibus heſerit.

¶ De differentia teſtamentoruꝫ. Cap. XXII.

Uidam ideo non recipiunt vetus teſtamẽtum pro eo q̄ aliud in tẽpore priſco aliud agatur in nouo. Nõ intelligẽtes q̄ deus qd cuiq̄ cognouerit tẽpori incognita quadam diſtributione cõceſſerit: ſicut in lege impat nuptias. in euãgelio virginitateꝫ cõmẽdat. in lege oculuꝫ pro oculo auferre: in euangelio alterã p̄bere percutiẽti maxillã. Sed illa pro tẽpore fragili populo: iſta vero pfecto. vtraq̄ tñ pro tẽpore ſua queq̄ cõueniẽtia comodãs. Et tñ ꝓ iſta mutatiõe nõ ẽ credẽdus deus mutabilis: ſꝫ potius inde admirabilis p̄dicandus ẽ: quia manẽs incõmutabilis quid cuiq̄ vt diximus tẽpori cũmoduꝫ fuit: magna cũ diſtributione cõceſſit. Sub veteri teſtamento minoris culpe erant peccata: quia in eo non ipſa veritas: ſed vmbra veritatis aderat. Nam in teſtamẽto nouo preceptis altioribus veritate manifeſta facta: quedam que in illo populo vmbre veritatis deſeruierant: deſerenda nobis precipiũtur. Illic enim fornicatio ⁊ retributio iniurie permiſſa ſunt: nec nocebant. In teſtamẽto autẽ nouo graui aiaduerſione dãnantur ſi admittantur.

¶ De ſymbolo ⁊ oratione. Cap. XXIII.

Idei ſymboluꝫ ⁊ dominica oratio pro tota lege paruulis eccleſie ad celoruꝫ regna ſufficit capeſſenda. Omnis enim latitudo ſcripturaruꝫ in eadem orõne dominica ⁊ ſymboli breuitate cõcluditur. Unde ⁊ ꝓpheta eſaias dicit: Abbreuiationeꝫ audiui a domino deo exercituũ ſuper vniuerſaꝫ terrã. Attendite ⁊ audite eloquium meũ. Sed hec abbreuiatio: aut illud intelligitur quod dominus dicit omnẽ legẽ ⁊ prophetas in duobus preceptis dilectionis dei ⁊ proximi pẽdere: aut pp ipſaꝫ orõnẽ dñicã vel ſymboli breuitatẽ in qbus vt predictũ eſt oẽ ſcripturarũ coartari cernimus latitudinẽ.

¶ De baptiſmo ⁊ cõmunione. Cap. XXIIII.

Olam eccleſiã catholicã habere baptiſmũ ad ſaluteꝫ Zacharias ꝓpheta teſtatur. In die iquit illa erit fons patẽs domus dauid ⁊ habitãtibus in hieruſaleꝫ in ablutionem peccatoris ⁊ mẽſtruate. Domus quippe dauid ⁊ hieruſaleꝫ xp̄i eccleſia eſt: in qua manat fons in ablutioneꝫ peccatoꝝ. Heretici autẽ id ſoluꝫ maginaria oſtẽtatione facũit: ideoq̄ illis baptiſmus nõ ad remiſſionẽ peccatoruꝫ: ſed ad ſupplicij teſtimoniuꝫ datur. Pro ſolo reatu originali luũt in inferno nuper nati infantuli penas ſi renouati per lauacrũ nõ fuerit. Proinde qua cauſa nuper natus dãnatur infans ſi non regeneratur: qꝛ originis noxietatate perimitur. Cur paruuli peccato originali carẽtes per baptiſmũ ⁊ nec duꝫ propriuꝫ habẽtes delictũ a beſtijs peniſq̄ ceteris laniant̄: Hec igit̄ cauſa eſt. Baptiſmũ eni a pena eterna nõ a preſentis vite ſupplicio liberat. Or ſi a pena p̄ſenti hoies liberarent̄ per baptiſmũ ipſuꝫ putarẽt baptiſmi p̄miũ: nõ illud eternum. Ergo ſoluto reatu peccati manet tñ quedã tpalis pena: vt illa vita feruẽtius requirat̄ que erit a penis oĩbus aliena. Nullus negat fideliũ etiã poſt baptiſmuꝫ quo peccata delent̄: quotidie q̄diu in iſto ſeculo ſumus ad deuꝫ nos debere cõuerti. Qđ q̄uis ſine intermiſſione ſit quotidie agendum: nõnunq̄ tñ feciſſe ſufficiet. Qui in maternis vteris ſunt: ideo cũ matre baptizari nõ poſſũt: qꝛ qui nat⁹ adhuc ſm adã nõ eſt: renaſci ſm xp̄m nõ põt. Neq̄ eniꝫ dici regeneratio in eo poterit: quẽ generatio nõ p̄ceſſit. Qui ĩtra eccleſiam: non ex dignitate eccleſie viuũt: ſed fidem quã verbo tenent opibus deſtruũt: de ipſis legitur: Multiplicati ſunt ſup numerũ: vt ſubaudias in regno predeſtinatoruꝫ. Qui ſcelerate viuũt in eccl'ia ⁊ cõicare nõ deſinũt: putãtes ſe tali cõione mũdari: diſcãt nihil ad emũdationẽ ſibi ꝓficere: dicente ꝓpheta. Quid eſt q̄ dilectus meus in domo mea fecit ſcelera ml'ta: Nũquid carnes ſancte auferẽt a te malicias tuas: Et apoſtolus. Probet inqt ſeipſuꝫ homo. ⁊ ſic de pane illo edat ⁊ de calice bibat.

¶ De ſeptẽ regulis. Cap. XXV.

Eptẽ eſſe inter cetera regulas locutionum ſanctaruꝫ ſcripturarũ quidã ſapiẽtes dixerunt. Prima regula eſt de dño ⁊ eius corpe que de vno aut ad vnuꝫ loquit̄ atq̄ in vna pſona: mõ caput: mõ corpus oſtendit: ſicut Eſaias ait: Induit me veſtimẽto ſalutari q̄ſi ſpõſuꝫ decoratũ corona. ⁊ q̄ſi ſpõſaꝫ ornatã monilib⁹ ſuis. In vna eni pſona duplici vocabulo noiata: ⁊ caput: id eſt ſpõſuꝫ: ⁊ eccleſiam. i. ſpõſaꝫ manifeſtauit.

Ayuntamiento de Madrid

Proinde notandū in ſcripturis:qñ ſpecialiter caput deſcri
bitur:quando ⁊ caput ⁊ corp⁹:aut qñ ex vtroq3 tranſeat ad
vtrūq3:aut ab altero ad alteru3:ſicq3 quid capiti quid cor
pori conueniat prudens lector intelligat. Secūda regula ē
de dñi corpore vero ⁊ permixto. Nam videnť queda3 vni
conuenire perſone:quod tamen non eſt vnius:vt eſt illud:
Puer me⁹ es tu iſrael:ecce deleui vt nube3 inigtates tuas:
⁊ ſicut nebulā peccata tua:cōuertere ad me ⁊ redimā te. B
ad vnū non ꝯgruit. Nā altera ps ē cui peccata deleuit: cui
dicͭ:puer me⁹ es tu:⁊ altera cui dicit: Cōuertere ad me ⁊ re
dimā te. Qui ſi ꝯuertanť:eoꝝ pctā deleñť. Per hanc enim
regulā ſic ad oēs loquitur ſcriptura:vt boni redarguātur
cū malis:⁊ mali laudenť cū bonis. Sʒ quid ad quem perti
neat:qui prudenter legerit diſcet. Tertia regula eſt de lit
tera ⁊ ſpiritu.i.de lege ⁊ gratia:lege:per quam precepta fa
cienda admnonemur. gratia per quam vt operemur iuua
mur:vel ꝙ lex non tm̄ hiſtorice:ſed etiam ſpiritaliter ſen
tienda ſit. Nāq3 ⁊ hiſtorice oportet fidem tenere ⁊ ſpirita
liter legem intelligere. Quarta regula eſt de ſpecie ⁊ gene
re:per quam pars pro toto:⁊ totum pro parte accipitur: ve
luti ſi vni populo vel ciuitati loquatur deus:⁊ tamen intel
ligatur omnem contingere mundum. Na3 licet aduerſus
vnam ciuitatem babyloniam per Eſaiam prophetam do
minus comminetur:tamen dum contra eccleſiam loqͭr
tranſit ad genus de ſpecie. ⁊ conuertit contra totum mun
dum ſermonem. Certe ſi non diceret aduerſus vniuerſu3
orbem:non adderet infra generaliter:⁊ diſperdam omnē
terram:⁊ viſitabo ſuper orbis mala:⁊ cetera que ſequunť
ad internitionem mundi pertinētia. Unde ⁊ adiecit: Hoc
eſt conſilium quod cogitaui ſuper omnem terram: ⁊ hec ē
manus eius extenſa ſuper omnes gentes. Item poſtq̄ ſub
perſona babylonie arguit vniuerſum mundum:rurſus ad
eandem quaſi de genere ad ſpecie3 reuertitur:dicens que
eidem ciuitati ſpecialiter contigerunt: Ecce ego ſuſcitabo
ſuper eos medos. Na3 regnante Baltbaſar:a medis ē ob
tenta babylonia. Sic ⁊ in onus egypti ex perſona eiuſdem
totum vult intelligere mundum:dicendo: Et concurrere
faciam egyptios aduerſus egyptios: regnum aduerſus re
gnum:cum egyptus non multa regna:ſed vnum habuiſſe
deſcribiť regnum. Quinta regula eſt de temporibus:p quā
aut pars maior temporis per partē minorem: aut pars mi
nor tēporis per partem maiorem inducitur:ſicut eſt de tri
duo dominice ſepulture:dum nec tribus plenis diebus ac
noctibus iacuerit in ſepulchro:ſed tm̄ a parte totu3 triduu3
accipitur. Uel ſicut illud:ꝙ quadringentis annis predixe
rat deus filios iſrael in egypto ſeruituros:⁊ ſic ide egreſſu
ros:qui tm̄ domināte Joſeph egypto dominati ſunt:nec ſta
tim poſt quadringentos annos egreſſi ſunt vt fuerat repro
miſſū ſed quadringētis triginta peractis ab egypto receſſe
runt. Eſt ⁊ illa de tēporibus figura:per quā queda3 que fu
tura ſunt quaſi ia3 geſta narranť:vt eſt illud: Foderūt ma
nus meas ⁊ pedes meos:dinumerauerūt omnia oſſa mea.
⁊ diuiſerūt ſibi veſtimenta mea:⁊ his ſimilia:in qbus futu
ra tanq̄ ſi ia3 facta ſint ita dicunť. Sed cur que adhuc fa
cienda erant iā facta narranť: Quia que nobis adhuc fu
tura ſunt:apud dei eternitatē iam facta ſunt. Qua propter
quando aliqd faciendu3 eſſe pronunciať:ſm nos dicitur:
quando vero que futura ſunt:ia3 facta dicunť:ſm dei eter
nitatem accipienda ſunt:apud quē iam omnia facta ſunt q̄
futura ſunt. Sexta regula eſt de recapitulatōe. Recapitu
latio eni3 eſt dum ſcriptura redit ad illud cuius narratio iā
tranſierat:ſicut cū filios filioru3 noe ſcriptura cōmemoraſ
ſet:dixit illos fuiſſe in linguis ⁊ gētibus ſuis:⁊ tm̄ poſtea q̄ſi
hoc etiam in hoc ordine temporu3 reqritur: Et erat inquit
omnis terra labiū vnū:⁊ vox vna omnibus erat. Quomo
do ergo ſm ſuas gentes ⁊ ſm ſuas linguas erant ſi vna lin
gua erat omnib⁹:niſi q2 ad illud quod iam tranſierat reca
pitulando eſt reuerſa narratio. Septima regula eſt de dia
bolo ⁊ ei⁹ corpore:q2 ſepe dicunť ipſius capitis:que ſuo ma
gis conueniūt corpori:ſepe vero eius videnť dicta mēbro
rum ⁊ non niſi capiti congruūt. Ex nomine qppe corporis
intelligiť caput:vt eſt illud in euangelio de 3i3anys tritico
admixtis:dicente domino: Inimicus homo hoc fecit: ho
mine3 ipſum diabolū vocans:⁊ ex nomine corporis caput
deſignans. Ite3 ex nomine capitis ſignificatur corpus: ſic
in euangelio dicitur: Duodecim vos elegi:ſed vnus ex vo
bis diabolus ē:iudam vtiq3 indicans:q2 diaboli corp⁹ fuit.
Apoſtata quippe angelus oīum caput eſt iniquoꝝ:⁊ huius
capitis corpus ſunt oēs iniq:ſicq3 cum membris ſuis vnit⁹
eſt:vt ſepe quod corpori ei⁹ dicit ad eū potius referať:rur
ſum qd̄ illi:ad membra iterū ipſius deriuetur.

¶ De martyrio. Cap. XXVI.

DEi ſeruus aduerſitate vlla non frangiť:ſed
pro veritatis defenſiōe vltro ſe certamini
offert:nec vnq̄ pro veritate diffidit. Sepe
ex diſcipulis ad martyriū eligunť:qui ſuos
doctores ad coronā precedūt:⁊ qui ſūt ordi
ne poſtremi:ſiūt nonnūq̄ in certamine pri
mi. Uir ſanct⁹ vltro ſe ī agone pro certami
ne debet offerre iuſticie:ſed tamen ſi agonis fructū videt
vberrimū:non debet declinare laboris periculū. Qr ſi ma
ior eſt labor q̄ animarū lucrū:declinādus eſt labor quem
minimū comitať augmentū. Utrūq3 eni3 fecit apoſtolus
q ⁊ periculis ſe vltro dedit vbi maximū animaꝝ lucrū vi
dit:⁊ ſapienter ſe periculo abſtulit in quo potiorē laborem
q̄ lucrū eſſe proſpexit. Ultro ſe Paulus apud epheſū peri
culis obtulit:q2 poti⁹ periculo lucrū vidit. Damaſci aute3
ideo a periculo ſubtraxit ſemetipſū q2 nullū periculi ipſi⁹
arbitrat⁹ ē fructū. Diſce quomodo ſe ad martyriū offerat
q̄ſq3 vltro:vel quomodo iuxta ſententiam dei cingať ab al
tero:⁊ quo non vult ipſe ducať:niſi ꝙ ⁊ propter gloria3 fu
tura3 de certamine iuſt⁹ gaudet:⁊ propter paſſionis violē
tia3 refugit ſubire qd̄ dolet. Accipe exemplū adeūdi ſb tre
pidatione martyrij:de vſu bellandi in quo exercitať q̄ſq3 ī
prelio ⁊ per audaciā certamen aggrediť: ⁊ p timorē cūcta
tione moueť. Itē accipe exemplū martyrij de reparatiōe
humani corporis ad ſalutem:dum quiſq3 ⁊ de ſpe repara
tōis gaudet:⁊ de inciſiōib⁹ ſeu amariſſimis poculis meret.

¶ De ſanctoru3 miraculis. Cap. XXVII.

ET ſi apoſtolis virtus data eſt ſignorum pro
pter fide3 gentiu3 nutrienda3:eccleſie tamē
data eſt virtus operu3 propter eandem fidē
ornandā. Et tamē ī ipſis apoſtolis pluserat
mirabilis virtus operu3 q̄ virtus ſignoru3.
Ita ⁊ nūc in eccleſia plus eſt bene viuere q̄
ſigna facere. Qr nunc eccleſia non ea miracula faciat que
ſub apoſtolis faciebat:ea cauſa eſt:quia tūc oportebat mū
dum miraculis credere: nunc vero iam credentem opor
tet bonis operibus coruſcare. Nam ideo tunc ſigna fiebāt
exterius:vt interius fides roboraretur. Ia3 in fide miracu
la quicunq3 requirit:vanam gloriam vt laudetur querit.
Scriptum eſt enim: Lingue in ſignum ſunt non fidelib⁹:
ſed infidelibus. Ecce ſignum non eſt fidelibus neceſſariū
qui iam crediderunt:ſed infidelibus vt conuertantur. Nā
paulus pro non credentium infidelitate patrem publij de
infirmitate febrium virtutibus curat. Infirmitatem ve
ro timotheum fidelem:non oratione:ſed medicinaliter tē
perat:vt noueris miracula pro incredulis non pro fideli
bus fieri. Anteq̄ antichriſtus appareat:virtutes ab eccle
ſia ⁊ ſigna ceſſabunt:quatenus eam quaſi abiectore3 pleq̄
tur audacius. Ob hanc vtilitatē ceſſabūt ſub antixpo ab
eccleſia miracula ⁊ vtutes:vt p hoc ſanctoꝝ clareat patiē

Ayuntamiento de Madrid

tia: ꝛ reprobozum qui ſcandalizabuntur leuitas oſtendatᷣ:
ꝛ perſequentium audacia fortioꝛ efficiatur.

¶ De antichꝛiſto ꝛ eius ſignis. Cap.XXVIII.

OMnis q̄ ſꝫ xpiane profeſſionis noꝛmā aut
non viuit: aut aliter docet: antixp̄s eſt. Ple
riq̄ꝫ autē antixp̄i tp̄a non viſuri ſunt: ꝛ tn̄ in
membꝛis antixp̄i iueniēdi ſunt. Anteq̄ꝫ ve
niat antixp̄s multa eius mēbꝛa preceſſerūt
ꝛ praue actionis merito caput ꝓpriū preue
nerunt. ſm apl̄i ſententiam qui iam inigtatis myſterium
opari illū affirmat ēt anteq̄ꝫ reueletur. Magnitudo ſigno
rū fiet ſub antixp̄o: vt electi ſi fieri pōt in errorē mittenᷣ.
Sꝫ ſi electi: quō ſunt in errorem mittendi? Ergo ibunt in
errorē titubationis ad modicū pro multitudine prodigio
rum: nō tn̄ deyciēdi ſunt a ſtabilitate ſua terroꝝ impulſu
atq̄ꝫ ſignoꝝ. Unde ꝛ ideo ponitur ſi fieri poteſt: qꝛ electi pe
rire non poſſunt: ſꝫ cito reſipiſcentes cordis errorem reli
gione coercebunt: ſcientes predictū a dn̄o eē: vt duꝫ hoc fe
cerint aduerſarij: non ꝯturbentur ſancti. Tam mira factu
rus eſt prodigia ꝛ ſigna dum venerit antixp̄s: vt ēt electis
quoddā cordis gignatur ſcrupulū: quod tn̄ cito exuperet i
illis ratio: per quā ſcient in deceptionē reproboꝝ ꝛ electoꝝ
probationē eadē fieri ſigna. Jn quo tēpore per patientiam
glorioſi erunt ſancti non per miracula: ſicut martyres fue
runt priores. Jlli. n. ꝛ perſecutores ſuſtinebunt: ꝛ faciētes
prodigia. Proinde ꝛ durius bellū ſuſtinebunt: qꝛ non ſolū
contra perſequentes: ſed ēt contra miraculis coruſcantes
dimicaturi ſunt. Grauius ſub antixp̄i tēporibus cōtra ec
cleſiā deſeuiet ſynagoga: q̄ꝫ in ip̄o aduentu ſaluatoris xp̄ia
nos eſt perſecuta. Duꝫ in martyres diabolus iaꝫ exercue
rit crudelitatē magnaꝫ etiā ligatus: crudelioꝛ erit tn̄ anti
chꝛiſti tp̄ibus: qn̄ etiā erit ſoluendus. Nā ſi tanta ligatꝰ fa
cere potuit: quanta ſolutus faciet? Quanto propinquius ſi
nem mundi diabolus videt: tanto crudelius ꝑſecutiones
exercet: vt qꝛ ſe continuo damnandū conſpicit: ſocios ſibi
mł'tiplicet cū q̄bus gehēne ignibus addicatur. Quāto bꝛe
ue tp̄s videt ſibi reſtare diabolus vt damnetᷣ: tanto in ma
gna perſecutionis ira mouetur: diuina iuſticia permittēte:
vt glorificentur electi: ſordidentur iniqui: ꝛ vt diabolo du
rioꝛ creſcat damnationis ſententia.

De reſurrectione. Cap.XXIX.

INchoatio pacis ſanctoꝝ eſt in hac vita: nō
perfectio. Tunc autē erit plenitudo pacis:
dum ad dei contēplationē abſorta carnis i
firmitate ꝯualuerit. Reſurrectio moꝛtuo
rum vt apl̄us ait: in viꝝ ꝑfectū in mēſuraꝫ
etatis plenitudinis xp̄i futura eſt: in etate
ſcilicet iuuentutis q̄ profectu nō indiget: ꝛ
abſq̄ꝫ inclinatione defectꝰ in ꝑfectiōe ex vtraq̄ꝫ parte ꝛ ple
na ē ꝛ robuſta. Quis nunc filioꝝ dei noīe hoīes fideles vo
centᷣ: tn̄ ex eo q̄ꝫ hanc ſeruitutē corruptōis patiunᷣ: adhuc
iugo ſeruitutis addicti ſunt: accepturi plenā dei filioꝛuꝫ li
bertatē: dum corruptibile h̄ īduerit incoꝛruptionē. Nunc
deꝰ p̄ ſpeculū agnoſcitᷣ: in futuro āt q̄ſq̄ꝫ electus facie ad fa
cieꝫ ꝑſentabitᷣ: vt ipſaꝫ ſpeciē ꝯtēpletur quā nūc p̄ ſpeculū
videre conatᷣ. Jn hac vita electoꝝ nūero ad dexterā perti
nentiū: ꝛ reproboꝝ q̄ ad ſiniſtrā ituri ſunt: eccleſiā dei com
pleri: in fine aūt ſeculi zizania a frumento diſiungi.

De iudicio. Cap.XXX.

IUdiciȷ diē nouit xp̄s: ſꝫ in euāgelio dicere
ꝛ ſcire diſcipulos voluit. Nā duꝫ dicat idē
dn̄s p̄ ꝓphetā: Dies vltionis in coꝛde meo:
indicat ſe non neſcire ſꝫ nolle indicare. De
domo dn̄i: ſicut ſcriptū eſt incipit iudiciū:
qn̄ electi. i. domꝰ dei hic p̄ flagella iudican
tur: impij vō illic ad dānationeꝫ iudicandi
ſunt. Un̄ ꝛ ſeqtur: Si aūt primū a nobis: q̄s finis eoꝝ q̄ nō
crediderunt? Ad diſtricti examen iudicis nec iuſticia iuſti
ſecura ē niſi pietate diuina: vt ꝛ ipſa iuſticia q̄ quiſq̄ꝫ iuſtꝰ
eſt deo iuſtificante iuſtificetᷣ. Alio quin apd̄ deū ꝛ ipſa pec
catū eſt. Jnde eſt qd̄ ait iob: Jnnocentē ꝛ impiū ipſe conſu
met. Cōſumitᷣ q̄ppe a deo innoxius: qn̄ ipſa inocentia liqui
dius regſita ꝛ diuine inocentie cōparata nihil efficitᷣ niſi ꝛ
ibi miſericoꝛdie pietate bō iuſtificetᷣ. Conſumitᷣ itē a deo
ipius: qn̄ examinis diuini ſubtilitate regritᷣ eiuſq̄ꝫ detecta
impietas: iudicata damnatᷣ. Cōſumitᷣ innoxius ꝛ ipius ſilᷣ
fine carnis: nō pena dānationis. Doctꝰ pariter ꝛ indoctus
moꝛiunᷣ: ſꝫ moꝛte carnis. non pena dānationis. Oia autē
pergunt ad vnū locuꝫ: dū moꝛte coꝛporali in terrā ꝛ iuſtꝰ ꝛ
ipius reuertunᷣ. Retributio aūt diſſimilis: ſicuti p̄ eundē
ſalomonē dicitᷣ: Quid pl̄s h̄ꝫ ſapiēs a ſtulto: niſi q̄ꝫ illuc per
git vbi vita eſt? Ergo oēs ī terrā pariter redeūt. Nā vbi vi
ta eſt nō pariter pergunt. Gemina punitᷣ ſentētia ipius: dū
aut hic pro ſuis meritis mētis cecitate ꝑcutitᷣ ne veritatē
videat: aut duꝫ in fine dānabitᷣ vt debitas penas exoluat.
Geminū eſt diuinū iudiciū. vnū quo ꝛ hic iudicanᷣ hoīes
ꝛ in futuro: alteꝝ quo ꝓpterea hic iudicanᷣ ne illic dānen
tur. Jdeoq̄ꝫ q̄buſdā ad purgationē tp̄alis ꝓficit pena: qui
buſdaꝫ vō hic inchoat dānatio ꝛ illic ꝑfecta ſperatᷣ ꝑditio.
Jn iudicio reprobi hūanitatē xp̄i in q̄ iudicatꝰ eſt videbūt
vt doleant: diuinitatē vō eius nō videbunt ne gaudeant.
Quibꝰ. n. diuinitas oſtenditᷣ: vtiq̄ꝫ ad gaudiū demōſtratᷣ.
Pro diuerſitate cōſcientiaꝝ ꝛ mitis apparebit in iudicio
xp̄s electis: ꝛ terribilis reprobis. Nā qualē q̄ſq̄ꝫ ꝯſcientiā
tulerit: talē ꝛ iudicē habebit: vt manente in ſua tranq̄llita
te xp̄o: illis ſolis terribilis appareat quos ꝯſcientia i malis
accuſat. Due ſunt differentie vel oꝛdines hoīuꝫ in iudicio
hoc eſt electoꝛū ꝛ reproboꝝ. q̄ tamē diuidunᷣ in quattuoꝛ.
Perfectoꝝ oꝛdo vnus eſt qui cum dn̄o iudicat: ꝛ alius qui
iudicatᷣ: vtriq̄ꝫ tamen cuꝫ xp̄o regnabūt. Silr̄ oꝛdo repro
boꝛum partitur in duobus: dum iniqui intra eccleſiā ſunt
mali iudicandi ſunt ꝛ damnandi: qui vero extra eccleſiam
inueniendi ſunt: non ſunt iudicandi: ſed tantū damnandi.
Primus igitur oꝛdo eoꝛum qui iudicantur ꝛ pereunt: op
ponitur illi oꝛdini bonoꝛum de quo ſunt qui iudicantur ꝛ
regnant. Secundus oꝛdo eoꝛum qui non iudicantur ꝛ pe
reunt: opponitur illi oꝛdini perfectoꝛuꝫ: in quo ſunt hi qui
non iudicantur ꝛ regnant. Tertius oꝛdo eoꝛum qui iudi
cantur ꝛ regnant: illi oꝛdini eſt contrarius de quo ſunt qui
iudicantur ꝛ pereunt. Quartus oꝛdo eoꝛum qui non iudi
cantur ꝛ regnant: opponitur illi contrario oꝛdini in quo il
li ſunt qui non iudicantur ꝛ pereunt.

¶ De gehenna. Cap.XXXI

DUplex damnatoꝛum pena eſt in gehenna:
quoꝛum ꝛ mentem vꝛit triſticia: ꝛ coꝛpus
flamma: iuſta viciſſitudine: vt qui mēte tra
ctauerunt quod perficerent coꝛpoꝛe: ſimul
ꝛ animo puniantur ꝛ coꝛpoꝛe. Jgnes geben
ne ad aliquid lumen habere ꝛ ad aliqd nō
habere: hoc eſt habere lumen ad damnatō
nem vt videant impij vnde doleant: ꝛ nō habere ad conſo
lationem: ne videant vnde gaudeāt. Apta fit comparatio
de camino trium pueroꝛum ad exemplum ignis gehenne.
Nam ſicut ille ignis non arſit ad trium pueroꝛum ſuppli
cium. ꝛ arſit ad comburenda ligamina vinculoꝛū: ita ignis
gehenne ꝛ lucebit miſeris ad augmentum penarum: vt vi
deant vnde doleant: ꝛ non lucebit ad conſolationem: ne
videant vnde gaudeant. Jnter huius vite ꝛ future infelici
tatis miſeriam multa diſcretio eſt. Jllic enim ꝛ miſeria eſt
propter cruciationem doloꝛum: ꝛ tenebꝛe propter lucis a
uerſionem: quoꝛum vnum in hac vita. i. miſeria eſt: aliud
non eſt: in inferno autem vtrūq̄ꝫ eſt.

Ayuntamiento de Madrid

¶ De penis impiorum. Cap. XXXII.

Sicut faſciculi lignoruꝫ ad cōbuſtionē de ſi
milibns colligantur: ita in iudicij die ſimi
lis culpe rei ſuis ſimilibus iungentur: vt ex
equo pena cōſtringat q̄ſi in faſciculū: quos
actio ſimiles fecit in malū. Sicut vnuſq̄ſq;
ſanctus in futuro iudicio pro quātitate vir
tutuꝫ glorificabit̄: ita ⁊ vnuſq̄ſqꝫ īpius pro
quātitate facinoꝝ ꝯdemnabit̄: nec deerit in ſupplicio futu
ro damnatiōis ordo: ſꝫ iuxta q̄litatē criminū diſcretio erit
penaꝝ: ꝓpheta firmāte: De charoꝝ quoqꝫ ſuoꝝ ſupplicijs
addit̄ etiā pena defunctis: ſicut apud inferos diuitis ſmo
p̄dicat euāgelicus: ſicut pro augendo inde ſupplicio: dic̄ ēt
pſalmus: Cōmotiōe moueant̄ filij eius ⁊ mendicēt. Impij
ex hoc durius in iudicio puniendi ſunt mētis dolore: ex q̊
viſuri ſunt iuſtos: glorie beatitudinē meruiſſe. Cunctis vi
dentib⁹ eſt p̄cipitandus diabolus: qn̄ ſub aſpectu oīuꝫ bo
noꝝ angeloꝝ ⁊ hoīum cū eis q̄ de parte ei⁹ erunt in ignem
eternū mittēdus eſt. Dū ſublatus fuerit diabolus vt dam
netur. multi electi q̄ in corpore ſunt inueniēdi: dn̄o ad iudi
ciū veniente metu ꝯcutiendi ſunt: vidētes tali ſentētia im
piū eſſe punitū: quo terrore purgādi ſunt: q̄r ſi q̄d eis ex cor
pore adhuc peccati remāſerit: metu ip̄o quo diabolū dam
nari ꝯſpiciunt purgabunt̄. Hinc eſt qđ ait iob: Cū ſublat⁹
fuerit timebūt angeli ⁊ territi purgabunt̄. Multos poſſe
perire ex eis in die iudicij: q̄ nunc electi eē vident̄ ⁊ ſancti:
dicente propheta: Uocabit dn̄s iudiciū ad igneꝫ ⁊ deuora
bit abyſſuꝫ multā ⁊ comedet parteꝫ domus. Pars quippe
domus deuorabit̄: q̄r illos ēt infernus abſorbebit q̄ nunc
ſe in p̄ceptis celeſtibus glorian̄t: de q̄bus dn̄s dicit. Mul
ti dicent mihi in illa die. Dn̄e dn̄e nonne in nomine tuo ꝓ
phetauimus: ⁊ in nomine tuo demonia eiecim⁹: ⁊ virtutes
multas fecimus: Tunc ꝯfitebor illis: q̄r nunq̄ꝫ noui vos.
Diſcedite a me q̄ operamini iniquitatē: neſcio qui eſtis.

¶ De gloria ſanctorum. Cap. XXXIII.

Non faciet in futurū cor miſerū iuſtorū ex cōpaſ
ſione damnatoꝝ cōdolendi affectio. vbi tn̄ erit
ſanctorū de dei cōtemplatione gaudium: vt tri
ſticie nullus tribuat̄ introit⁹. Sicut cōparatus
color cādidus nigro colori fit pulchrior: ita ⁊ ſan
ctorū reges cōparata dānatōi malorū glorioſior erit. Sic iu
ſticia iniuſticie: ſic virtus vitio. Creſcit ḡ ſanctoruꝫ gloria:
dū debita damnant̄ ip̄ij pena. Poſt reſurrectionē ſanctis
carne promiſſa eſt celorū aſcēſio: dicēte ad patrē xp̄o: Uo
lo vt vbi ſum ego: ⁊ ipſi ſint mecū. Si enim membra capi
tis ſumus: ⁊ vnus in ſe ⁊ in nobis eſt chriſtus: vtiqꝫ vbi ipſe
aſcendit: ⁊ nos aſcenſuri ſumus.

¶ Finit liber primus de ſummo bono
ſancti Iſidori Iſpalenſis epiſcopi.

¶ Incipit liber eiuſdem ſecundus.

De ſapientia. Cap. primum

Omnis qui ſecū
duꝫ deum ſapiens eſt: bea
tus ē. Beata vita cognitio
diuinitatis eſt. Cognitio di
uinitatis virtus boni op̄is
eſt. Uirtus boni operis fru
ctus eternitatis eſt. Nihus
aūt magis ſapiens q̄ꝫ queꝫ
docuerit deus. Excelſior ē
rebus oībus ſapientia: nec
eſſe p̄t vlla iuſticia ſine pru
dentia. Qui ſm ſeculuꝫ ſa
piens eſt: ſm deum ſtultus
eſt. Unde ⁊ propheta: Stultus inquit factus eſt oīs homo
a ſcientia ſua. Primum eſt ſcientie ſtudiū: querere deum:
deinde honeſtatem vite cum innocentie opere. Nullus ſa
pientiam dei plene recipit: niſi qui ſe ab omni abſtrahere
actionum cura contendit. Unde ⁊ ſcriptum eſt. Sapiētiaꝫ
ſcribe in tempore ocij: ⁊ qui minoratur actu ipſe percipiet
eam. Non ad parue intelligentie arcem peruenit: qui ſcit
ſecreta dei ſe penetrare non poſſe. Tunc aūt deuꝫ recte co
gnoſcimus: quando eū perfecte ſcire non denegamus. In
terdum quedaꝫ neſcire ꝯuenit. Nullus auteꝫ in culpa ma
ior eſt: q̄ꝫ ille qui deuꝫ neſcit. Inueſtigationeꝫ veri multo
ruꝫ eſt querere: ſed paucoꝝ eſt inuenire. Ea aūt que ſupra
hominis intelligentiā ſunt: ſcrutanda non ſunt. Quicquid
ſupra hominis intellectum eſt: querenduꝫ non eſt. Cōſilio
auteꝫ diuino ſeruandum eſt: vt hoc credatur eſſe iuſticia:
quod diuine placuerit voluntati. Non enim poterit eſſe in
iuſtum: quod iuſto complacet iudici. Omnis ſapientia ex
ſcientia ⁊ opinatione conſiſtit. melior eſt auteꝫ ex ſcientia
veniens q̄ꝫ ex opinatione ſententia. Naꝫ illa vera eſt: iſta
dubia. Ad maioris culpe cumulū ꝑtinet ſcire que q̄ꝫ quod
ſequi d̄beat: ⁊ ſequi nolle quod ſciat. Unde ⁊ dominus: ſer
uus inquit ſciens voluntatem domini ſui ⁊ non faciens: di
gne plagis vapulabit multis. Et iacobus: Scienti inquit
bonum ⁊ non facienti peccatuꝫ eſt. Simplicitateꝫ cū igna
uia vocari ſtulticiam. ſimplicitateꝫ vero cuꝫ prudentia vo
cari ſapientiam. Utile eſt multa ſcire ⁊ recte viuere. Quod ſi
vtrunq; non valemus: melius eſt vt bene viuendi ſtudiuꝫ
q̄ꝫ multa ſciendi ſequamur. Non pertinere ad beatitudi
nem conſequendam ſcientiaꝫ rerum: nec eſſe beatum mul
ta ſcire: ſed eſſe magnum beate viuere. Nihil prodeſſe ho
minem ſcire prudentiaꝫ cum ignorantia dei. ⁊ nihil obeſſe
ſcientibus deum: ignorontiaꝫ mundi. Perfecte auteꝫ ſcit
qui prius deum: ⁊ iſta non pro ſe: ſed pro deo ſcit. Nihil ob
eſſe cuiq̄ꝫ ſi per ſimplicitateꝫ aliqua de elementis indigne
ſentiat: dummodo de deo vera pronunciet. Nam q̄ꝫuis de
incorporeis corporeiſq; naturis nequeat quiſq; diſputare:
beatum tamen illum facit vita recta cum fide.

¶ De fide. Cap. II.

Non poſſe ad veram beatitudineꝫ perueni
re niſi per fidem. Beatū auteꝫ eſſe: qui ⁊ re
cte credendo bene viuit: ⁊ bene viuendo fi
dem rectam cuſtodit. Deus ſi creditur: me
rito inuocatur ⁊ queritur: ac per hoc tunc ꝑ
